LIVRES ANCIENS
ET MODERNES
E. NOURRY
62. Rue des Ecoles
PARIS (5e)

Bibliothèque du Château de La Flagne

J. LaFlagne
d.

LJS BIBLIOTHECA SCHOENBERGENSIS
168
SCHOENBERG DATABASE OF MANUSCRIPTS LJS

LIV
E
E.
62.
P

Theseus Christianus
Peregrinatur Cum
Phirithoo...
Per
Aliquot Europæ Regiones
Itinerario.
In Quatuor Tramites juxta
Temporũ Itinerumq;
Varietatem digesto:
Et per Modũ Dialogi tradito:

Cum Aliquibus Discursibus
Factis et Fictis.
Nec non succinta Regionū:
Vrbiū: Templorum:
Monasteriorum:
Descriptione
finito.
Anno. 1687.
Per intervalla Absoluto.
Anno 1694.

Ad Lectorem.

Præsento hîc Curiositati tuæ, Benevole Lector, curiosus ipsemet supra modum et novorum appetens, præter succinctam Topographiam Locorū, quæ peragravi, totius pariter quadripartiti mei Itinerarij Ephemeridiē; et hanc nudam et simplicem, simplicē in stylo, nudā in Veritate: Cui ut spero, non oberit nonnunquā intercurrens verū mendosa Observantia: quandoquidem tot Regiones aliter nō obiverim, quam gallus Gallinaceus ardentes prunas, quas magis supervolitat, quām percurrit: et sicut gulosg primis solummodo labris appositos cibos delibans solidā ex ijs nō capiat voluptatem,

Sic nec datum est oculo perfunctorio utcunq;
intentâ acie tam acuratè quævis objecta
dispicere confundente eum horū copiosiore
influxu: quidquid interim reliquum fecit post
tot Annorū intervalla Memoria, id sincero
trado calamo et brevi memor cuiusdam
moniti, quo alter alterū sic hortabatur:
quidquid dicis; quidquid scribis; dic breviter,
Scribe compendio. hinc nihil produco, nisi
quæ meismet oculis vidi, alia prætereo. quia
vero subitinere sæpè sterilescebat materia
Scribendorū, in huius vices substitui quosdā
Politicos Discursus maiori ex parte fictos
veluti quædā parerga, è quibus postliminio
redeat ad reliquorū Lectionē mens in nihil
adiucundiora antè effusa. quisquis ergò in
hæc incideris, monitū te velim, operis pretiū
potiùs petas ab eventuū varietate quā
argumenti dignitate aut stijli sublimitate
+lib. 2 Machab: Cap. 15: +qui (ut verbis utar S. scripturæ) si benè hoc

Et ipse velim, sed minus digne, concedenetu
est mihi: Sicuti enim virtu semper bibens,
aut semper aquam, contrariu est, ita
legentibus, si semper exactus sit sermo,
non erit gratus. hucusq; Sacer textus.
Itaq; si merear Lectore, honori ducam,
Si secus, tanti n facio, cum adeo magni
mihi n steterit labore.
Quod me vocite Theseu, fecit error, que
cum eo habui comune quamvis loco,
Religioneq; discretus: Latria ex decursu
se prodit que vulgo accidit - braccata
Gloria Gentis. Phirithou haue investiges,
cum Theseus Phirithous, et Phirithous
Theseus. Vale, et si placet, lectita.

Ingressus Ad Totū Itinerarium. Religio Dissuadet Theseo Peregrinationē: Religio.

Inconstantia humana à Luciano graphicē expressa.

Quam inquieta agat Mortaliū pectora
novitatis Amor, consiliijq; ad diversa
respicientis mobilitas, nemo accuratius
expressit Luciano, dum hominē singebat

jamiam Superorū numero asciti diu terre
non valuisse constantissimū hunc jmortaliū
Statum; hinc petijsse ā Dijs, quatenus bonā
ipsorū Venia sibi liceret tantæ dignitatis
pertæso redire ad pristinā conditionē, quæ
nova semper suggereret. Et sanè, si impietate
demas, facetosum haud ægrè probārim; toties
quippe ñ mutat Mane faciem, quoties homo
cum ætate, fortunā, spe commodi, damni
metu, ipsoq; rerum usu et fruitione suā
variat. quid enim pulchritudine amabilius?
et tamen ñ sæpè ulli quam suo possessori
vilescit? iniucundā facit ipsa consuetudo:
quid pace optabilius, velut quā tot bellis
evincere student mortales, totq; acerbis
gemitibus emunt? et tamen ubi obtenta,
si in longum duraverit, contemnitur
desiderio tempestatū quas ipsa sedaverat:
quid charius, magisq; necessariū luce? grata
tamen ñ manet, si perpetua; debet sæpius

occidere, et per alternas noctes repetitâ
Nativitate redire: Verbo ôia cum tempore,
aliisq; accidentibus mutant formâ, ut adeò
in nullo Homo constantior, quàm in ipsa suâ
inconstantiâ, a quâ ut infallibili Regula
suam metitur fœlicitatẽ collocans eam in
rerum vicissitudine et mutatione, inveterâ
hâc persuasione iam plurimi capti firmiter
sibi persuadent, n̂ se Vivos, nisi multa
viderint, aut sint experti: primo intuitu
videtur aliquid roboris habere sed ad instar
picturæ: hanc si quis ad falsũ et exiguum
lumen Temporis præsentis quasi ad lucernã
intueatur, speciem aliquã pulchritudinis
se habere putat, at si ad Lumen veritatis
velut ad radios fulgentissimi Solis introsp=
=iciat, deprehendet, nihil aliud esse præter
deformem et vix adumbratã imaginem
et incompositam lineamẽ confusionẽ. Par
ratiõ cum liberioribus istis. Evagationibus,
ad quas prono cursu fertur juvenilis impetus,

Peregrinatio comparatur Picturæ.

nescio quas fortunas ex ijs sibi ineptè
pollicent, dum, interim nihil captat præter
corruptos depravatosq; mores, queis redux
in Patriā ipse perditus, perdit etalios; nihil
enim tam facilè inter mortales communicatur
quâm morum corruptio, quæ insensibiliter
irrepit, hominemq; occupat cum de eâ minime
timet: nam sicut quæ primitùs læsit in exteris
vestium forma, si tamen cum illis diu agimus,
sensim sui patientiā facit, deinde et patrij
Amictus fastidiū, at pudeat iam aliena in
Gente aliter conspici, quam cæteri soleant:
ita prorsùs vitia nobis conciliat nova vivendi
consuetudo et hominū peregrinorū contubernium.
primū illis irascimur, proxime succedit huic
motui alter humanior inter iram et indulgentiā
medius, hunc excipit excusandæ nequitiæ
facilitas tandem affectuū conformitas et morū
similitudo, ut adeò verū sit, quod cecinit quidē
Poetarū.

Peregrinatio nonnisi corruptos mores reportat.

Haud facilè est, tribulos et spinas inter
eundum

Ingressus

Illæsos habuisse pedes,
illæsaq; crura.

Noveris ergo, Charissime Theseu, quem
pari iactari cupidinis æstu inaudio, Securè
nunquam ludi cum Serpentibus quamvis
caveatur à veneno: meo proinde iudicio et
consilio, tibi optimū erit, latere, et ignorari:
inclusus odor diu servatur, quem subrintrans
aër citò dissipat, Solq; ipse radijs allicientibq
disperdit, Si ex pixide eduxeris: quod benè
perspexerit Seneca cum ait: Stet quicunq;
volet potens Aulæ culmine lubrico, me dulcis
Saturet quies, obscuro positus loco leni perfruor
otio, nulla quiritibus ætas per tacitū fluat, Sic
cum transierunt mei, plebeius moriar Senex.
Cur putas, Mi Dulcissime Theseu, hic æthnicus
cui veræ fidei lux nec dum fulserat, nihilominꝰ
omnē gloriā à se abiecit? utiq; ñ aliā ex causā,
quā quod sciret Gloriā fugientes insequi inseque=
=ntes fugere; ad quod belle allusit Ovenus his
metris,

Seneca plus amat homi=nibus latere quā innotes=cere.

Gloria fugientes insequitur.

Contemnit laudē Virtus, licet usq;
Sequatur
Gloria Virtutē, corpus ut Umbra suū.
Est etenim Virtus aliquid, nil gloria; Sicut
Est aliquid Corpus, corporis Umbra
nihil.

Ne ergō et tu, Mi Theseū, vanæ gloriæ aut
Magni nominis Umbra ut alter Æsopicus
Canis / venia sit verbo / ludaris, parmihi est
Sensus cum illo Nobili de Florentia, qui Suum
Cognatū à proposito peregrinandi dehortaturus
Sic ipsū alloquebatur; Sepone, dicebat hos mille
florenos, quos in peregrinationis subsidium,
collegisti, in tui cognitionē: Salutē quippe
maiorē adhuc et domi nosce vitia, et eadem
corrigere, quam extra Patriā Italiā, Galliā,
Germaniā, ac denicq; Belgiū, Orbis ocellum
peragrare. et meritō: adeōq;

Florentinq; pater filiū dehortatur à peregrinandi cupiditate.

Quisquis voles perennē
Cautg ponere sedem
Humili domū memento
Certus figere saxo.
Viue Deo gratus
Toti mundo tumulatus
Crimine mundatus
Semper transire paratus.

Quod si nec ista sufficiens pondus habent
ad te dimovendū ā proposito sed firmū
fixumq; stat peregrinari, compendiosam
tibi viā monstro; adsunt libri et Charte
Geometricæ, in quibus obiris integra Regna
sine ōi prorsūs corporis fatigatione aut vitæ
discrimine, ubi videre datur uno intuitu,
quod multis Annis intueri nō conceditur:

Vel si placet ipsa Architectrix Phantasia
Singulis momentis novum tibi condet aut
destruet Orbem: quid ergo opus per tot viarū
anfractus totq; Montiū præcipita et Valliū
profunda quærere, quod ad manus habetur?
benē proinde momenti acquiesce, ne Superū
iracundiā accidat, utqui nunc Se desertum
iret, inter ignota loca desertus aliquandō
rerum vicibus immutatis alienissimorū
hominū opem lamentis nihil obtenturis
inclamet: quia nuncquā obtigēre Secundi
eventus ijs, qui contumaces aures opposuēre
ex Sincero corde Saniora suadenti.

Pirithous
Suadet
Theseo Peregrinationē

Ingressus

Influunt astra in Sublunaria vicissim.

Astra in Res Sublunares influere, nemo prudenter negabit, cum quotidiana experientia edoceamur, Solem, Lunam, aliasq; Sydera combinationes alios assidue aliosq; producere effectus; neve ideo terra oppressu eat, si semper Melancholia Saturni, aut furor Martis, vel Jovis Severitas, aut Mercurij calliditas, vel etiam levitas Veneris, aut inconstantia Lunæ ei dominetur, Natura ipsa cœlestibus his Lucis Ministris imperiu et vicaria potestatem ita attemperavit, ut solum statis temporibus et hoc alternis vicibus suo munere fungerent. Quod fieri videmus in Magno, idem accidere in parvo Mundo, id est, homine, qui Vulgo Microcosmus audit, credere oportet. Tale quippe est huius temperamenti Syntagma, ut in æquipondio diu non stet, si sit sine motu, moveri crebro debet, et de loco in locu transferri, ni velimus sursque deque verti omnia:

Hæc ipsa Mutatio est Mater experientiæ,
et experientia Altrix Scientiæ, et ideo Alex=
=ander M. tantũ terrarũ tractũ peragravit,
quatenus hac viâ disceret, quæ ad optimam
Regis disciplinã necessaria. Vnde sit, ut qui
cæteris eruditione et Sapientiâ præstant,
uno eodemq; ore fateantur, Suæ sepruden-
et Solertiæ fiduciã ritam â multis quod
aiunt, Magistris, quam â vivis, hoc est, rerũ
accepisse Experientiâ, cui plurimũ tribuit
etiam ipse Homerus in Suâ Odissea Vlyssẽ
ita depredicans

Peregrina=
=tio homini
plurimum
conducit.

Dic mihi Musa, Virũ captæ post
tempora Troiæ,
Qui mores hominũ multorũ
vidit et Vrbes.

Experien=
=tiæ cõmoda
et fructus.

Hæc quoq; experientia Altrix est et Mater
plurii cõmodorum, quæ bonotum privato,
tum communi accedunt: Sic Marcellus nisi
fuisset peregrinatus, Romã nunquam
intulisset Artem graphicam, nec L. Mũmius
præstantissima Signa: haudetiã Mithridates
tot generalinguarũ, aut Hercules Leonis
excubias assecutus fuisset, si domi locos
custodijssent. Vt fama sic et Nominis
Claritas eundo crescit; quo longius excurrit
Flumen, famosius evadit, nec nominatur,
si in suo fonte subsidat. Periculũ boni
Mores in peregrinatione nullũ subeunt,
ut Cauteriata Religio iactitat; quin imo in eã
ad limam vocantur. Quarẽ interrogatus
aliquandõ Democritus, quid prodesset
Peregrinatio? respondisse fertur, hoc prodest,
quod faciat observare vitæ frugalitatẽ, quia
ibi sæpe Asa et thorus herbaceus famis et
laboris medelæ sunt: præterea ãdurioribus cogit

Democriti
Sententia
de peregri=
=natione.

Assuescere eos, qui ante molliter delicateq;
domi fuêre iuxta illud Ovidij de Corallio
— quo primū contigit auras.

Tempore durescit, mollis fuit herba subundis.
Quod si hæc utpotê ab Ethnico profecta
infirmiora sint quām ut moveant; Validiora
erunt quæ Turibius Antistes Asturicensis,
quā eruditione, quā et pietate Clarissimus
nec ñ in Albū Sanctorū relatus, affert in comm=
=endationē Peregrinationis, dū ita scribit:
Molesta etsi sit, et nonnunquā iniucunda,
velut quam duri afficiunt labores, et sæpe
lachrimabiles necessitatū curæ, habet tamen
aliquid adiumenti, quatenūs ad eundo incog=
=nita et ignorata discendo, quodā profectu
mentis augemus. Suis ñ caret, ultrò fateor,
Peregrinatio incōmodis. Supremo enim Jovi
placuit Voluptatē et colorē Adamantino et
immobili vinculo colligêre, ut nunquā non
simul sint, prævalet tamen ordinariè illa huic,

Turibius Antistes comendat peregrina=tionem

Voluptas nulla sine dolore.

Etsi non in ingressu, at certè in ipso progressu asperatâ iam Naturâ adduriora, sæpe fatetz Peregrinans in excitu, tantas delicias non exspectasse, nec iam penitere Suscepti semel itineris. Qui fruticẽ rosaceum Spinis etsentibꝰ asperũ intuetur oculis, is persuadere sibi vix potest ẽ tam Spinosâ Matre adeò bellam, venustamꝙ filiam, qualis est Rosa progenerari posse: Sic spinosi et asperi sunt longioris Per-
=egrinationis rami, ex quibus tamen cum tempore pulcherrimus flos enascitur Scilicet Vitæ morumꝙ integritas; ne verò hoc detrimenti quid capiat, oportet mundũ hunc excurrere velut Arethusa loca subterranea, quæ impollu-
=tas semper servat undas, aut etiam evolare instar Apum, quæ ñ nisi mercibus alienis onustæ redeunt ad pristinũ alveare.

Peregrina-
=tio Rosæ
comparat.

Quod â Religione remittat ad libros aut Mappas quid ineptius excogitari potest, quasi verò idem sit corporis umbra, ac ipsũ Corpus?

Effigiatū et Effigies. aliquid et nihil. Si ea nescit, novit certè inter illa distinguere Dux Albanus Supremus olim Belgij Gubernator, dum Scientiā nudā lectione aut Mapparum contemplatione comparatā assimulat lacui compluvio, partā verō ipsā experientiā, Aquis puris et limpidis; quorū enim, aiebat mentes variis verū eventibus illustratæ sunt, perspicatiores sunt ijs, quorū vita quietis et umbratilibus studijs tradueta fuit. Paucis ut absolvam, quod de Roma Lucius, ideo sentio de Peregrinatione: Agendo, inquit Res Romana crevit, non segnibus consilijs quæ timidi, dē quorū Numero Religio, cauta appellant: nullus cunctationis locus in eo, quod ñ potest laudari nisi peractum.

Albanus Gubernator Belgii comparat scientiam nudā lectione Librorum comparatā Lacui Com= =pluvio.

Religio.

Consilia prava comparantur Coronis seu circulis, qui Solem Lunam ambiunt.

Coronas vocamus circulos illos, q̃ tamquã sidera ambire Solem Lunamq; videntur, dum utriusq; radijs nubes percussa in Orbẽ discedit, similq; ea lumina nullo fulguris detrimento inter varios colores Iridi simillimos conspici. Sed vanæ sunt istæ Coronæ, nec aliquid habent, quo vel levissimas auras inconcussas ferant, citò evanescunt cadunt, et totus illæ Æneris brevissimus labor quasi pœnitendũ Opus in lachrimas solvitur, eiusmodi coronis non absimilia parent consilia Pirithoi, Scit Versipellis colorẽ dictis illinire, quem Si penitius introspicias, ñ nisi fatuum splendorẽ deprehendas: imitatq; Scitẽ Pictorẽ: Sicut enim hic res quaslibet ñ modo amœnas Sed et tristes honestas iuxtá turpesq; possibiles et impossibiles

Suis coloribus formisq; novit exprimere; sic
et ipsa falsa veris virtutem cum vitio perpetua
commiscet; dictat astrons, felicitate huius
vitae foris quaerenda, cum tamen haec nonnisi
in penetralibus mentis ut in suo fonte resideat.
pollicetur alibi aureos montes, quorum nec Umbra
dabit, vendit pictum equum pro vivo, cum
tamen ille non sit nisi vivi mendacium:
verba eius praeter plausu nihil habent: pereg=
=rinatione ab oi corrupte purgare conatur, qui
tamen scit ex Seneca, quod qui venit in solem Seneca Ep:
licet in hoc ni venerit, necessario coloretur, sicut 108.
qui in Unguentaria taberna resederunt et
paululum diutius commorati sunt, odorem
loci secum ferunt: Quare ni velis verum
inanium pelago volvi, vivere inter scopulos,
perire in fluctibus, queis involvi solent peregri=
=nantes moderare peregrinandi pruritu, auresq;
obtura malesuadae dicacitati Pirithoi.

Pirithous.

Nõnis huius Aniculæ, quæso Mi Theseũ,
ad magna natus aures, ne advertas quæ brevi
tecum Hercule ad colũ damnabit. Viro Cordato
indignũ est admittere muliebria hæc terriculame-
-nta, quæ in Mentis tuæ phantasmate adumbrare
illa allaborabat, dum in Suo tabellario prouidentia
Superũm nihil horum unquam scripsit minũs
pinxit. imõ econtrà Sæpè lætissimũ Fortunæ
Epilogũ notavit: tam accuratè ñ omnia casuum
momenta pensanda aut futurorũ causæ mandæ;
qui enim õia prævidet cavetq; Miles discrimina,
rarõ ab acie Victor recedit, pars magna Victoriæ,
certam sibi in pugnã persuasisse Victoriã. In
itinere occursura incõmoda, ñ debent animum
dejicere cum Virtuti nihil tam arduum, quod ñ
perrumpat, imperiumq; nihil quod ñ penetret;

Solũ ille, qui ad ōia Anceps hæret, experitur huiusmodi difficultates et nunquam in reditura occasionē amittit, quod postea dolet, sed serō. quarē macte sit animo Theseu et dum integer Corporis vigor, aude, quod nunquā pœnitebit; tempus erit cum eo labante ad fastidiū custodies locum. Interim

Crede Dijs, ter tempestuam,
et Spe falle laborem
Eventus pia Fata dabunt prece
victa secundos.

Unde verissimè cecinit Poeta quidam.

Est quoq; cunctarū novitas gratissima
rerum,
Etenim res novæ cum absunt,
desiderii, cū adsunt, gaudiū et
delectationē pariunt.

Ingressus

Theseus Consentit Pirithoo.

Ille Ego quondā Magni Regis Ægæi
dignissima proles ex Æthrā matre, postquā
Patre ē vivis sublato evectus sum ad regnū
Athenarū, tot æternitate digna perpetravi,
ut, quod sine laude meā dixerim, ā pluribus
dicever et essem alter Hercules, Amazones
debellavi, Geontē Regē Thebanum mortuos
Exstollit suasacinora in bello sepeliri prohibentē interfeci; oppressi
terribilē taurū in Atticā, minotaurū quoque
in labyrintho iugulavi, perpetravique sacinora
Alcide haud indigna, donec tandem cum
Pirithoo quem semper præcipuā amicitiā
colui, descendi ad inferos adrapiendam
proserpinā amisso Pirithoo patria exulare
iussus tande hostia Cocyti Nicodemi. Deorū tamen

Miseratione Luci redditus mirà me tempestivè chosi è Graio transivi in Helvetũ translatus quòq; in Regionẽ quam ipse Phœtus declinat, aut si divertit quanto cijus inde receedit, ne arctioribus illis Claustris interclusus amittat vagandi libertatẽ. Præter nuda Saxa et horrida montiũ juga in delicijs nihil habet, quæ mihi invisa iam Spectucula, utpotè eãdem semper facie prodeuntia: Quare dum recordor Athenarũ antea meæ Patriæ altricis bonarum disciplinarũ nec non Genitricis Amplissimarũ Coloniarũ de quã canit Horatius.

Horatius. 2. Epist:

Adiecêre bonæ paulo plus Artis Athenæ

Ubi et ego primus Panathesnæa institui, sopẽ totus in lachrimas destuo, consicioq; mœrore totus, quod iam cogar.

Fsidis fsiados ante sedere foros.

Quid iuvat toti mundo esse mortuū,
compiditrescere inter privatos parietes
oēs latere et fugere dum omnibg vivere dās:
Novitate commoveri nos dicit ipse Tullius,
quare videmus hōes ad nova sensus erigere,
Cic: ad Heren: atq delectari: ad quod alludit. Ovid:

Ovid: 3 deponto:

Est quoq cunctarū novitas gratissima rerum.

Hinc rursus Cicero pro Calio sic perorat etquidem satvehementer:

Cicero pro Coel: num 42:

Non ōia voluptatibus denegentur, non semp superet vera illa et directa ratio, vincat aliquando Cupiditas, voluptas quoq ratiōe dūmodo in hoc genere prae= scriptio moderatioq teneat.

Non propterea mihi Animus impulchri-
-tudine et Varietate Creaturarum, Sedita
earum nitorē percurrere, ut ad rerum omniū
Conditorē per Amorē mens semper
assurgat et erecta maneat, et ut flumina
abscedunt ab Oceano, sed n̄ ad longū Vale;
Sic et ego post inter vallum rursus ad propria
ut primæum fontem. Et cum bona intentio
Sit optimi finis augurior hinc partem in omnē
Serio accurateq; agitatis matureq; discussis
pro et contra Peregrinationē rationibus
tum ā Religione, tum Civilibus illatis cum
nec instituto, nec bonis moribus eā videam
Si moderata sit, obviam hinc ad partes me
Civilibus, quem iam ante fidelissimū experta,
transeo anceps tamen et anxius in Vno primō
alterove puncto; anceps inquam, quam Gentē
petam; anxius nē exterarū regionū totus
ignarus et sorte, quod tamen n̄ spero ā Comite
deserendus cæci instar ubiq; caput allidā et
pedes ligam incertos &c

Pirithous.

Gratulatr sibiquod Theseus accessitrit adSuaspar=tes

Gratulor magnopere mihi et præstita
Et præstanda Dño meo Theseo in acceptis
haberi, et nunc primo adverto quē in finem
luci sim redditus, nimirut

Ovid.

Sit ut Pirithoo Felix concordia
Theseus.

offertse in divrum itineris Socium

Et pristina redintegretur mutua
necessitudo; quā semp coluimus
Quod facies facia, quoperges,
ipse præibo.
Cum Cantante cana, cumq; gemente
germam.

Tragicus vates in Xipp: act: 2

Non me per altas ire si iubeas nives
Pigeat gelatis ingredi Pindi iugis

Non si per ignes ire et per infesta agmina
cuncter paratis ensibus pectus dare. Fidu
ut ante, sic deinceps in me sibi habebit
Achatē, et nè fortè tempus longū per iter
cadat discursus aut etiam obviorū locorum
quæ alta mihi mente reposta, breves descrip-
-tiones, qui optimè fallent dabo tempus.
Gentem, quam primo invisamus: mihi præ
alia placet Gallia velut cuius politiam Omnis
Orbis adorat, ad quam explorandā hāud opus
in ipsa Regni viscera penetrare cum in pene-
-tralibus ipsis se ostendat: Si ergo lubet Dño
meo Theseo petere Brisgoiā, famulum me
offero.

Theseus.

Famulū nè se dicat honori ducam si
Comitem habere Fata concedant: cætero
quin et mihi placet periclitari hanc gentem,
quam Nostrates ante aliā colunt. Sat iam.

Invida me Spatio natura coercuit arcto,
quare videndū num ultra nostra montana
se porrigat Orbis, sititaq; crastina Lux nostra
indicta profectioni.

Pirithous.

Fiat ut iussisti: cras ad primū diluculum
adero: interim quæ aliter necessaria, conv=
=asemus, nè quid nos detineat postea.

Trames Primus Ducens ex Helvetiâ In Brisgoiam.

Profectio Prima & Domo In Hünigen

Theseus obstirmato itaq animo exteras lustrandi Regiones, die quâ conventum erat, Z. Z. Scilicet August: Anno Supra natato Domesticis omnibus benè valere iussis iter cum Pirithoo ingredior Brisgoiâ versus; nè verò quid curiosū præterivet

Substitui in Vicino ponte maiori rivo Super=
=structo è quadris: quare conversus ad Pirithoū
quærebam; quod nomen huic Aquæ?

Pirithous.

Rotha est rivus disterminans Bernense territoriū à Lucernensi

Vocatur Rotha: Num hæc à pago declivo
ei imminente, an verò potius hic à illa nomen
derivet, mihi incompertū saltem hoc mihi
constat, quod Territoriū Bernense per eam
disterminet à Lucernensi; quodq; plerumq;
vadosa Leni murmure suas trahens Undas
immergat se in Arulā Fluviū haud sortè
abhinc dissitū sicq; se nomenq; suū prorsus
amittit nunquam amplius revidendū. Et en.
Numerū Anni quo pons renovatus in medio;
qui dimidiatus partem Bernatibus, alterā
Lucernatibus assignat: eo transito aperiebat
se vastissima D. Bernensiū Regio occidentē
versus per omnia æqua: relictā adlevam

Siliginis Villã declinabamus ad ripam prætacti Fluminis, quam tenaciter legebamus, usq; ad pontem illi Superiniectum.

Theseus.

Et qui sunt hi Dñi Bernates quorũ ante meministi?

Pirithous.

Amplis finibus imperant potentissimi Territorij jure ab Allobrigibus usq; ad Rauracos porrecto: numerat Præfecturas 39, Vrbes et oppida 40. tenent regimen Aristocraticum, Laciunq; Alterũ de tredecim Cantonẽ, Metropolis nomen trahit ab Vrsis, mirum Sanè Genti alioquin ingenuæ et Cultæ obtigisse nomen à tam Silvestribus belluis mutuatũ: Condita ea est Sub Anno 1218.

Berna quomodo pervenerit ad Sabaudũ

Transes.ti.mus. Prafectio.i.ma.

Posteaquam Nuithoniæ Comes Vicinię etiam
Burgundię cœpit imperare, quo satis sublato
Berna in tutelā Successit Imperij recipiente
Othone Quarto, donec mortuo Fridenico .ii.
publicæ expositā direptioni Nobilium, nè
præda fieret, pignus facta est Sabaudię
Comitibus, usq; ad Amadœj Quarti tempora,
ubi confecto feliciter Bello Genuensi, sibi suoq;
libertati restituti Bernenses n tam Vrbem
quam Agrū extenderunt latius et confecto
Laupensi prœlio in cōmune cum cæteris Canton:
=ibus fœdus et Societatē coivêre.

Theseus
Cuius sunt Religionis.
Pirithous.

Romanæ adhuc præterito Sæculo erant
addicti, uti multa hodiē dum Bernæ præcla:
=ra antiquæ pietatis ostendunt monumenta,

Sed enim vitus et Sacra mutavit, novavitq;
re∫usâ Sua Ecclesiâ ductâ metamorphosi ab
Exule Galliâ Calvino Nasone illo stÿgmatio
de quo Busierius 1555 ait: quod novam
Orbi seu Lucem seu Chimœrâ invexerit ex
Prisci∫s hœresibus conflatam: cumq;
subtilis homo ingenij, obtentâ vitijs virtute
Gallos inter novorū cupidos tantū brevi
excitavit incendiū, ut universa mox eo
conflagravit Provincia. tunc ipse Genevâ
Secedens quasi novus Nero ardentem
Patriam speculabatur, quo post Anno doloribq
ibidem consumptus atq; inter animi morsūs
et Corporis morbos discerptus.

Berna Calvini hœresi inficitur:

Theseus

Quæ ibi in plano prominet
Arx.

Pirithous.

Dicitur Ar Wangen, primâ Syllaba Tumptâ ab Arolâ præterfluente, relictâ Vicino pago Wangen dicto. à tempore Dominorũ Austriacorũ, qui Helvetiæ maiori ex parte dominabantʒ. Sarta tecta tenet, brutũ cum alijs optimè merita, cum asylum sed non diuturnũ præbuerit olim Mortis complicibus Sev:mi Alberti Primi Romanorũ Imperatoris immaniter à Suo Nepote Joanne Anno 1308 Vindonissæ ad Rusam immissa præcordijs Sicâ interfecti, Cuius manes filia eius Agnes Vltura Parricidas undiq; conquirebat armato milite, quorũ hãc in Arce tantã Stragem edidisse fert communis traditio, ut messis pedibus in occisorũ Nobiliũ natante cruore per Vallum, dixerit, tam roridos se balneo nunquã usum fuisse hactenus.

Arx Ar Wangen asylum et tumulus plurium Nobiliũ Austriacorũ

Alberti Imi Impe: immane parricidium.

Theseus.

Adquem nunc Ea pertinet?

Pirithous.

Ad Dños Bernenses;
quorum nomine præsidet semper aliquis de
Interiori Senatu: Modernus Præfectus etsi
Religione, animo tamen neutiquā alienus est
Catholicis Vir summæ liberalitatis, nec
patitur quenquam maximè Ecclesiasticum
transire quem n̄ ad Se invitet.

Dum hæc Pirithous loquitur
fortè ā prospiciente advertimur, qui
concite per schalas decurrens nobis per hum=
=aniter Salutatis rogat et instat, ut paululū
divertamus; cunctantibꝰ nobis et nescioquæ
obtentibꝰ ijs explosis prædebat meā dextera=

Præfecti Arl Vangen=
=sis humani=
=tas.

humanitate plenus, iubetq; ñ admodū invitum
sequi se: deductos in triclinium resalutabat hospites
sibi gratissimos, precaturq; veniam pro modico
secessu, mox rediens cum duobus Ephœbis
Cantharis, phialisq; argenteis onustis, affuso
haud plebeio falerno prior propinabat mihi
in Sanitatē R.mi Dñi Abbatis de Sancto
Vrbano sui Vicini, ego haud segnior epotā
hāc toties non provocabar, quin novo titulo
ad alios ipsū urgerem haustus, parū abfuit,
ut ambo in vitreā hāc pugna succumberemq
neuter gloriosus, cui in fine imposuit Sol iam
iam ad occasum devergens, qui ianuam
evadendi aperuit nullo alio prætexctu quicquā
valituro: Itaq; ægrè tandē obtenta dimissionę
gratiis quoq; actis de tam profusa sui
erga nos studij et affectus contestatione
cæpto insistebamus itineri assidue recolentes
tam beneficii Dñi memoriam.

Theseus

Dicito Mihi Pirithoe

qua ex Causâ hic Dñs primo loco meminit
Dñi Abbatis de S: Urbano? -

Pirithous.

Aliam ñ reperio, quam ipsâ partim vicinitam, partim etiam frequentia negotia, quæ crebro expetunt mutuas inter ipsos conven=tiones et congressus: Nam Monasterii de S: Urbano potiores decimas trahit ex eius præfecturâ aliosq; reditus, unde subinde fiunt aliqua controversa, quod si partes litigantes inter se amicabiliter ñ transigunt appellatio procedit ad ipsũ Magistratum Bernensẽ, qui ordinariè magis inclinat ad suũ Præfectum quam eius adversarium, et

Canto Bernensis et alij Helv: =etici Can= =tones sunt s et voluntæ independe= =ntes.

Tamen contra se lata Sententia acquiescere debet; Cum hic Canton supra se judicem alium nec Politicū, minus Ecclesiasticū ñ agnoscat, unde S: Urbanus iure optimo usurpare potest illud Sacræ Scripturæ: Inimici nostri sunt judices quales ferè semper dictum Monasteriū ñ sine gravi damno experitur, et tunc, quā maxime, si sibi infensos habeat eiusmodi Satrapas, quare nihil omittit eorum, quēis faciat Amicos de Mammonā iniquitatis.

Theseus.

Quodnam est isthoc Monast: et Ubi Situ, et ā quo fundatum?

Pirithous.

Monasteriū S: Urbani quando et ā quib: fundati? Distat abhinc non integro milliari; idquod vidisti aut saltem videre potuisti dum exiguum illum lapideum pontem supra Rotham stratum

transijsti, situm id est in territorio Lucernensi
habens à tergo prægrandem lucum Bovvald,
omnem ei pene prospectum ex ea parte
auferentem, qui eò à fronte liberior. Coeteroq=
=uin est Monrium Ordinis Cisterc, inter
celebriora Helvetiæ numeratur, Cuig Fundatoris
et fundationis Annū exhibet è Claustro
Ecclesiam intranti Tabula de Choro suspensa
cum hāc epigraphe. Luitoldus Sacerdos
et Vernherus, amboā Ballavacensi Abbate
Suscepto habitu S: O: Cister: Manachi unā
cum Vdalrico Equite Aurato, tres Fratres
Germani Barones de Langenstein, fundatores
Sunt huius Monrij. B: M: de S: Vrbano, quod
quidem primitus ædificarunt in Rotha Vicino
Sui territorij pago. Anno Salutis fere 1148;
Anno postea 1194 obtentā à Diethelmo
Episcopo Constantiensi fundationis Suæ
Confirmatione et exemptione S: Cisterc:
Ordini fuit incorporatū totaliter. At verò

Tramesi^mus. Profectio i^ma.

Loci incommoditate tandem compulsi, inedè
cedentes, positis illic Monialibꝰ in isto in quo
nunc situm est Manasterium, fundo à Barone
de Kapffenberg adiuncto sibi Socio fundationis
comparato eiusdem fundamenta nova
posuerunt Anno 1195. Itaq; cum pijssimi
Fundatores conventualiter cum suis Monachis
ex diversis Monasterijs evocatis, alijs Nobilibꝰ
ex Seculo conversis usq; ad tempus, quo elegerunt
sibi Abbatem, et ulterius hic pie vixissent,
tandem Sanctâ Morte obeuntes, una cum
clausulâ Nobilissimi sui Stemmatis in hoc suo
Monasterio tumulati sunt, Humilitas autem
Sepulchrũ eorum ab humana notitiâ abscondit.
Ex Monumentis Monasterij.

Theseus.

Dixisti inter alia, quod hoc Monasterium
fuerit incorporatũ Ordini Cisterciensi,
multa iam dehoc Ordine audivi, sed certi

Nihil, quare pergratū mihi erit, si quid de
eius Origine retuleris.

Pirithous.

Alia referre de eo nescio, quam quæ
tradit In descriptione Itineris Cisterciensis
R. P. Josephus Meglinger.

Theseus.

Et quæ sunt ea. nihil interest undecunq;
Illa mutuaris, modo historiæ suæ constet
Veritas.

Pirithous.

Prætatus Pater telam Historiæ sic orditur.
Divus Robertus nobilis Campanus Regulā Ordinis
S: Benedicti per Annos plures in diversis Cisterc: et
Monasterijs tum Prior, tum Abbas, professus Exordiū.

Actioris vitæ desiderio ex Monasterij
Molismensi cum Viginti Socijs ad inculta
Eremum, Cisterciũ ob plura ibidem stagna et
cisternas dictam, se contulit Anno ā reparatā
Salute 1098 atq; in hac Solitudine Episcopi
Lugdunensi tum Legati Apostolici Authoritate
prima Sacri Instituti fundamenta iecit, sed
exinde Summi Pontificis Vrbani Secundi
jussu Molismū revertus paulò plusquam per
Annū Cistercio præfuit. Successit illi in
Regimine S: Albericus ō Cœli Reginā Albā
Cuculla Sacri Candorē Ordinis præsignante,
donatus: quem ad Superos raptum secutus est
Stephanus natione Anglus; is qui Bernardū
unā cum triginta Socijs in Cistercience Fjroci=
=niū recepit Anno Christi 1113. tam præclara
accessione auctū Cisterciū instar uberrimi
fontis sese longè lateq; Sacras Colonias tantā
celebritatē diffudit: Vt in universū terrarum

Orbem nominis Sui gloriâ circumferenti
Summi Pontifices, Imperatores, Reges,
Principes, omnisq; Nobilitas suâ liberalitate
applauserint. Itaq; Sacro Ordini nostro
Nomen à primo Monasterio Cisterciensi
natum: cui cætera omnia ex eo nata Cœnobia
velut Parenti Filiæ materni honoris prærog=
=ativam, Jam inde ab Origine detulerunt.
Quarti Filiarũ primâ à Sui ortu Anno decimo
produxit sirmitatẽ; paulò post Pontiniacũ,
Claram vallẽ, ac Morimundũ. Et ex hâc
quaternâ Scaturigine proveuntia deinceps
Monasteria suasq; Matres titulo primatũ, Seu
Primoriũ in Ordine Patrũ eorumdẽ Abbates
condecoranunt. Quatuor Annos D: Bernardus
præerat Clarævalli, et suo Cistercio decem
Stephanus: qui piæ posteritati per legum
Sanctitatẽ consulturus Anno Christi. 1519.
Tes in Cisterciũ convocavit Abbates, eorumq;

Consilio Chartam, ut appellatur Caritatis condidit: qua inter cætera sanxit: ut quot Annis Pes totius Ordinis Abbates apud Cistercium conveniant de rebus conservando Ordini necessarijs consulturi. Qua lex circa initia haud negligenter observabatur; Sed postmodum ob bellicos tumultus aliasq; incommoda variori in vsu fuit. Hæc ex Annaliū nrorū monumentis.

Hic Discursus deduxit nos usq; ad hospitium quod Astris micare iam incipien-tibus dedit Pagus Balstel, ubi sat lautâ Cœnâ refecti concessimus, ambo dormitum prima nostræ peregrinationis die Sat lætè, genialiterq; traducta secundâ haud habiturâ sibi parem. De mane grave admodū cadebat, è calidis plumis levare trunco gravius corpus vitio vulgari ijs, qui vesperi nullâ arte ad

Lectum compellendi aliquamdiu pigri in modum pandiculatus attamen fricatis non nihil oculis inde subito prosilio, prospiciensq; per fenestrã consternabar ex opposito ostend= =ente se plena facie horrido monte, Jura, quẽ necesse erat transcendere, quarenè fortè in transcensu deficerem, præmuniebam me forti ientaculo, sicq; accingo me aditer, simulq; primas Molestias semita aliâ ñ patebat, præterquã dabat ipsa Clusa per medios nepes, et quia tota saxea erat, hinc instar cotis crebriori fricatione atterens, Equi Vngulas lævigabat ad lapsum, et nisi adõm passũ suspensũ tenuissem iumentũ, quateng certa figeret vestigia haud dubiè cruri fragiũ fuissẽ passus. emergens tandem feliciter exhis faucibus quærebã â Pirithoo, Natura nè an hominis industria hunc transitum fecit?

Pirithous.

Est perrenne Monimentum Julij Cæsaris; is enim debellaturus Gallos ut exercitū traijceret commodè, intercidi curavit hanc rupē, per quam hodie dū Clusa dictam via Unica datur commeantibus Basileā Helvetiā.

Clusam quā nunc patet transe-situs in Galliam: Aperuit Julius Cæsar per Montem Jurassum.

Terrebat nos non parum altior montis procursus, reddebatq; ascensu sollicitos, quod nullū admitteret Equi Vsum præcipitium, et dum quilibet commodiorem tramitem investigat, accidit, ut hinc inde dilapsi nos mutuo amitteremus. Solusq; mihi relictus Anhelus sæpe respectabā quantū Spatium iam iam emensus essem, quod mihi admodum exiguum semper videbaţ intuitu eius quod adhuc restabat; undè ĩ parùm animo dejiciebar accedente præter nativā Corporis

gratuitatē molestiâ ex parte equi, quē pariter
pigrum post tergum trahere debebam: nunc
subsistentem, nunc retracto capite infestas
grandiores vespas abigentem; parum semel
abfuit, ut subitâ capitis excussione resupinum
præcipiteq; egerit per dorsum Montis manu
mea eius loris implicata: operose tandem
pulvere Sudoreq; toto corpore perspersus
eluctabar ad illius fastigiū, in qua demirabar
planitiem, quam nusquam ibi quæsissem: hinc
adventante Pirithoo quærebam: Num sumus
in Cybele? talem quippe prodit intam edito
loco rara pascuorū ubertas, et æquus in longū
fugi procursus

Pirithous.

Cybele hîc nullus locus aut cultus, aut
Regio Idola nulla sustineat.

Solodorū
cuius
Religionis

Theseus.

Cuiusnam ergo è Religionis?

Pirithous.

Catholicæ, quam Canto Solodoranus cui subest, Summè semper et tenacissimè coluit unde et meruit donari sacris exuviis plurimorum Martyrū qui ibi passi: et hos insolitâ curâ et Religione intra crates ferreas custodit ut cunq; contra frendentibus a catholicis suis vicinis. Etsi Religioni huic actiores limites

Solodorani agri Ubertas.

deprehenderit Antiquitas, compensat loci angustiam telluris fertilitas, quæ ultra etiā necessitatē ad delitias exuberat præsertim ubi camposa est et Secundo Arolæ flumine irrigatur. Quare sub parvo Sed suo contineꝫ Gens fortissima non cohibenda tam faciliter

Si longius progrederetz. Metropolis illius
Celticarū omnium /. si vnam excipias
Mosellanā / vetustissima dicitur Solodorū
id est Solo durum ut aliqui volunt: cui Vrbi
cum nomine fundamenta dedisse putatur
ipsa Dea Ops turrigera, Situm vero Epona:
et haec olim Regum Sequanicorū, Caesarumq;
Comitijs tam celebris fuit quam celebrata;
decoratur nunc Personā Oratoris Regis
Galliae, qui prae alijs hanc sibi in Sedem
elegit.r

Theseus.r

Quae est ea Arx, quam ex opposito
intuemur?

Pirithous.

Vocatur Falchenstein, estque
ditionis Solodorane nomen hoc sortita est

Arx Falchenst=
=ein nomen
trahit a
Falconibg.

ā Falconibus, quæ Volucres in eā vernis hīc
captæ transportantur in Galliā et Germaniā,
ubi et magno pretiō divenduntꝫ. Delitias oculis,
quas eis longè lateq; excurrens prospectus
dabat, protractiōres invidebat impatiens
vacui stomachi esuries, intensiorq; sitis, utramq;
ꝫ
ad placandam loco cedimus, at descendentibus
Suaⁿ defuēre incommoda tenente ad singula
vestigia intentos ipso præcipitio, nè velut
fallente ab equis oppressū iremus; delati
tandem felici pede ad convallia proximū
conducebamus hospitium, in quo raptim
prandio rursum itineri nos dantes efferebāmur.
equis in apertiora loca, et per ōia plana; à
dextris observabam quandam Arcem
quærere quæ ea esset, volentē præoccupabat
Pirithous dicens Est Thierstein antiquissima
Arx Thierstein subest Cantoni Solodorano. Sedes Comitum de Thierstein sita in Regione Rauracorū, subest nunc Dominio Reipublicæ Solodoranæ. Post unū Milliare

prodibat medio quasi monti agglutinata
alia, et hæc Cirithoe quæ est.

Cirithous.

Est Dorneggū vulgo Dornach Arx
ā subiecto pago nomen derivans, cuigloriosā Dornach
memoriā ostendunt, et passim ostentant Ditionis
Helvetica monumenta, quam inde meruit, Solodoranæ
quod suo tempore Invictissimū Orbis Monarchā celebris
devicerit: Orto enim gravi bello Maximilianū exstat ā
Romanoru Imperatorē inter et Helveticos ac strage quā
Rhætos Alpinos, Basileenses, ne et ipsi eo accepit ibi
implicarentur, si vni magis quàm alteri parti ab Helvetijs
studerent, utriq; commeatū ex æquo divisēre Maximili=
utriq; ulteriori assistentiā negatā; pugnatum ē =anus Imp=
acerrimè castris ā Dorneggo ad mœnia usquè =erator &c
ipsius Civitatis extentis: tandem Helvetij
Superiores ingentē in exercitu Imperatorio
edidēre stragem: postquā opera Ludovici

Mariæ Ducis Insubrū, Legatis utrinq; missis
Basileā, Pax composita Nobilibus magnopere
frendentibus, et Basileenses ut hostes Imperij
proclamantibus, quod ñ pariter sua iunxissent
arma: Cumq; indies novis lacesserentq; contumelijs
rei indignitate commoti Anno proximo fs:
1501. à Christo Nato perpetuo fœdere se
decem Helvetiæ Cantonibus associārunt, et
ita quietem et pacem nacti apud Vicinos
metuentes potentiā et Socias vires Helvetorū.
Cumq; longius progrederemur, aiebat.

Thescus.

En: Pirithoe, quidibi turrium, ædiumq; s
prominet: s anhoc Basilea: s

Pirithous Ipsissima.

Theseus.

Cerampla mihi videtur, num et tale
eius Territorium. & et quis primus illa condidit.

Cirithous.

Basilea inter Confœderatõs.

Basilea quæ et Qualis?

Vrbes est Amplissima excitata ex
Augusta Rauracorũ Romanæ
Coloniæ reliquijs ab eã non nisi vno milliari
distantis, quæ hodie pagus. Sed olim et quidẽ
præterito Sæculo adhuc fulgebat Episcopali,
Sed hanc et cum hãc omnẽ Catholicæ Religi=
=onis splendorem abeã abstulit excusso
Pontificio jugo, abiectoq; Verbo Divino,
Calvini et Œcolompadij hæresis, quam
mordicus adhæc usq; tempora tenet, fovente
illam Academiã, Si sanã doctrinã haberet

Condita Anno 374

Celeberrimâ. Creditur ab Augustâ Semira=
=mide Juliani Matre vel condita vel nominata
Anno 374: Sanius ego cum Henrico 10
Imperatore censeo sic dictam à Basilisco;
utpotè exitiali hæreseos toxicoplena, quoipsa
infecta aliosquoq; insicere ñ cessat: ab Hunnis
propè excisam restauravit Heinricus 2dus
Imperator mœnibusq; cinxit. Situ ut patet,
gaudet humiliore, at per amœno undiquè
Vinetorũ propagine eum coronante: Nec
desunt illi arva frugum tum sua sponte tum
cultu nascentium fertilissima; quin et ipse
Rhenus, qui Sub Vrbiũ à maiori Civitate
dividit, Selectu pisciũ ferax; climâ quoq;
Salubri Aurâ favorabile, et Vrbs ipsa
commertio exterorũ opulentissima; Verbo
Nihil deficit, quâ vera Religio, et Amplior
Regio quæ admodũ angusto limite arctatur.

Vrbem Intrantes audimus de
maiori Campanili horologium Sonare
horâ septimâ vespertinâ, cum paulò ante
extra Vrbem de nescio quo vicino pago
insonuisset hora Sexta: quare Subeuntes
tabernâ, quam Taurg designabat, in hospitē
invehebar culpâ tamen ōi carentem, quod
tam in æquali cursu ipsorū horologia proced-
=erent, quod utiq; reprehensurus esset
Carolus Quintus si præsens et in vivis esset
utpote qui Soleret inde bonū vel malum aút
deordinatū Senatûs regimen coniectare;
ad quod ille molliter subridens, nullius
dicebat negligentiâ hæc deordinatio accidit
aut Casu; imo casu, ut bene dicam, accidit
Perfidorū quorundam Civium, qui stata
horâ susdem vertere totâ Vrbem in vnum
conspirârant, nec proditio aliter detecta,

Horologiū in et extra Civitatē discors Cursus Vnde?

Quamquod horologium Numinis utiq; singulari Providentiâ Se stellerit loco duodecimo pulsans horam primâ; quo signo inexspectato et malâ conscientiâ icti proditoris se proditos putantes crimen ultrò professi poenas Suæ perfidiæ dedere, et hinc in perrennem rei memoriam unâ horâ Semper in Civitate præcurrent horologia, illa, quæ extrà eam reperiuntur in pagis Ordinatũ cursum tenentia. ⁊

Postea accersiri iubeo Nautam, q̃ singulis septimanis inde Solet excurrere, hominesq̃ue pervehere Brisacũ, quo comparante pollicenteq̃; cras de portu Se soluturum, procerto Nauta cum eo contraho eà tamen lege, quatenus in Hünnigen appellat, cum ipsum mihi cum Pirithoo esse m postolaturus circa meridiem adquæ annuente dimisi.

Die Sequente Coloniomnem
Serenitatem composito, et Sole jam iam purpureo
radio crebrescente excedimus Urbe iamambo
pedites domum remissis equis utpote Brisacū
usq; nihil serviturus. Vix arvulsi eramus a
Civitate intervallo Semiquadrantis incidimq
in mediā viā erectum quendam lapidem, quem
n casu Sed ex industria huc locatū non vane
credens, petebam ā Pirithoo, quatenus
certiora ipse referret.

Pirithous

Utique non Casu huc loci positus,
terminat quippe totū Helveticū Territorium,
iamq; Solum Gallicū prœliminare pede
premimus.

Theseus.

Ergone elati extra nostra pascua iāalia
tenemus Regna? Onos Fœlicesterq; Beatos?

Plaudit quod aliquando Claustra Suæ patriæ ejset egressg

Nos Nos iam poma natamus utpote è Septa Patria Supergressi, vocitet si quis nostra tua audeat amplius nos Foci custodes, iniuriam tantam haud patiemur inultam: Nè enim fuerimus in Gallia Mos quoq; ñ facies: Attamen ioculares has nugas ñ diu Sustinuit altior cogitatio, qua ego metiebar stans prò Sonibus exitium Patriæ ex Vicinia adeò potentis et ad quæq; audenda proiecti Monarchæ: Vnde dicebā ad Pirithoū. Quis ñ Nostrates plenè cæcutisse dicat, dum sinēre Gallū tam in Vicino ñ modo ñ dificare,

Galli Vicinia quā periculosa Helvetiis

Sed et prope/ venia Sit Verbō/ supra nares stercorare, quam ie fatale ipsis futurū, docebunt Subsecutura tempora: documento esse debuisset Tyrrhenū Mare, quod iam crebrò deflevit imo damnavit Societatē et Amicitiam quā aliquando inierat cum Monte Vesuvio; quin et ipsa duo præcipua Cæli Lumina, una eò plenior e luce collustrant quò longiùs a Se mutuo recedunt, propiùs si concurrant, iam ñ iuvat esse Fratres; nec quid impedit quò minùs obscurentur, ex qua

ex Helvetia in Hüningen.

Postea Eclipsi emergunt grandiores Vmbræ et terræ inferunt minora incomoda. Regis Galliæ Amicitiâ conservare et fovere potuisset nostra Patria interventu litterarū, nec opus habebat eo tam Vicino: Ex tanta Vicinia quid aliud erit exspetare, quā Suspicionū offensarumq; ingentes Vmbras et ex his turbas quas propediē minat, si illa vel leviter semoveat, præsens Munimentum.

Pirithous.

In hanc Rem optimè et prudenter discurrit, at quis non fidem habeat Regio Verbo, quò Sancte Rex iuravit, alium in finem hanc Molem ā seē excitatam, quò ad tutelā libertatis Helveticæ, cui præsidio maiori esse posset, quo Vicinior?

Theseus.

Gallorum fidei minus credendū quam Vitro, cum hoc illa fragilior.

Vidisti aliquando Sirenas. Monstrū e Mavis, quod cernitur, formosū est, quod auditu suave, quod cælat scilicet intentio, noxeiū et quod intra aquas demergitur, monstrosum. Quis primo Aspectu inæqualem illā diversitatem agnoscat. tantum mentiri oculos, ut fallant Animū, tam Suavem esse concentū ut Naves impellat in Scopulos. Antehac hoc Monstrū Summè abhorruit antiquitas, at nostra tempora iam eius cum nihil eò frequentius tantā eius patientiā fecēre, ut nunc in delicijs habeatur. Et si quæ Natio certè Gallia eo abundat. Quoties enim isti Politici dulcem et Sonorā in ore linguam circumferunt, ut incautos nimisq; credulos nostros Patriotas decipiant. Frons exterior Amorē præfert, ac benevolentiā animo inten

Gallorum Fides vitro fragilior.

Sirenqualequa quæ fallax Monstrū,

Gallicomi- & parantur Sireni,

Coquente iram et dolum: Comparet in Comitijs
Badensibus per Suū Oratorē Religionis et
boni publici colore nitentem, vestitum ampullatis
promissis, interim ponit, imponitq; fraudulentos
laqueos: transfigurat Se in Angelū Lucis,
desinit verò in serpentem, qui artus complectit
ut mordeat securiùs, et commodiùs DD
Cantonibus venenum insinuet. Quā saniora
ijs sunt vulnera Imperatoris, quam fraude
plena oscula Galli. respicere deberent ad eaquæ
hæc Siren celat, quamquæ foris exhibet. Sapere
oporteret cum Vrbe Trevirensi: Cum enim
D. Elector concessisset eam firmari Gallico
præsidio quamvis Sciret illā esse Vrbē Impe-
=rialem nec ignoraret positā sub protectione
hæreditariā Regis Hispaniæ veluti Ducis
Luxenburgici et Comitis inferioris Burgundiæ
atq; adeò in hanc Se peccare et simul in Imperij
Constitutiones: pulsis denuò Gallis extra Vrbē
ab hispanis. D Elector casu ab his detentus

Monitū ad Canto-
=nes Helve-
=tos ob
Circumve-
=ntam
Trevirim,

Vltra quàm meruerat, habebatur in honore
et respectu: quod indignè ferens Rex Francio
inito cum Batavis fœdere hoc non attento
de novo infert Signa hostilia in Belgicas
Provincias sub prætextu quod deberet libertati
asserere captivum Electorem, suū Amicum
et Confœderatū. Ex quo facto patet quam
fragilis Galli fides, geniusq; inconstans:
Sicut Lux per minimā rimulam se incubile
ingerit, sic fulgor auri novit faber seu Vafer
Cordis penetralia subintrare Protectorem
libertatis Helveticæ se iactat, melius dixeris
Expilatorem: vereor et utinā fallar. Eò iam
res Patriæ nostræ perveniſse, ut paulatim
natare incipiat ætas conscientiæ totius Corporis
consumptis ijs Spiritibus et Viribus, quæ apud
Exteros Singularem æstimationē et magnitudinē
Ei peperere admiſso semel intra sinum tam
fatali colubro. Sanè Maiores nostri id nunquam
Sustinuiſsent, qui semper cavenunt ominosam

Transes.imus Profectio.ma.

Galliviciniam, ut sicã bellorum incendioquã
longissime abessent nescij, quod facile procing
ex hoc ardeat Vcalogon. Hinc auspicatò pring
et Supremus omniũ Regnorũ Moderator et
Rector Deus rempublicã hanc locavit inter
antemuralia Alpium et Rheni ex vnà ex
alterà verò parte cinxit Provincijs Alsatiæ
et Lotharingiæ necn Burgundiæ, ut sic inter-
=cluderetur aditus Gallicæ Potentiæ: Attamen
Si ultrò reserent portas et Patriæ Claustra hosti,
quid aliud ipsis dicetur quam perditio tua ex te
Israel?

Pirithous.

Monet Pirithous Theseum quatenus propugnacu-lis Hanin-ganis vicinior silentius Cau-tius q loquat

Cauti nunc et deinceps simus, cum ã
propugnaculis iam audiamur, et berènes observ-
=emus, ne incurijs forte verbũ elabatur, quo vel
levi flamine attingatur Regia Eminentia;
Solemne quippe apud Gallos etiam æquivocum
in Crimen læsæ Maiestatis vocare, et innocentẽ

Insurcam agere, sicut econtra ambabus Ulnis complecti, arctiusq; eum constringere, quò altius Regem Suū in cœlū extulerit.

Interim Porta approximantes quærimur gallicè, Cuius Nationis et unde simus? reponebam eodem idiomate, Nous ne scavons pas parler francois, faite moy venir in Allemand: cum plura ille vellet quærere, præ=occupabam, quod ultra hoc nihil sciremGallicum; ad quod acquiescens innuebat, ut præeuntem sequeremur secutos sistebat D: Gubernatori linguæ latinæ haud ignaro. is intellecto nostro desiderio, et audito nos Helvetos, mox imperabat Militi, quatenus per ōia propugnacula nos deducat ostendatq; quidquid visu dignum. CONSCENSO Vallo quamcunq; partem convertebamus oculos stupenda, prodigioq; similllima parebant singula: Captum nostrū primò superabat ipsa totius corporis monstrosa Machina, quà arte aut industriā, cum

Hüniger propugna=culū Gallicū Helvetiæ prorsus vicinum

Fortalitij descriptio

Antea locus prorsus esset planus, intanto temporis compendio surrexisset in tam excelsum, percipere haud valebamus: nec iam dubitare ultra fas est, quin Titanes aliqui integra montium fragmenta huc comportarint et Orpheus suo Cantu totas sylvas, ipse quoq; Dædalus per multiplices flexus, reflexusq; suos labyrinthi errores circumduxerit; Artem, Martemq; ipsa spirabant; Unde dicebam ad Cirithium: Enquàm affabre in hoc opere quædam propugnaculorū partes vel Semiluna alijs prominentiores utiq; in hunc finē, ut in mutuam opem se respicientes semper duæ in uniùs defensionē quasi excubias agant. Ast ille tu e contra Theseu, observa, quam sequax Neptunus ad etiu xta pedes propugnaculi: intuere etiam qualiter totū corpus Superne corona constringatur, nè fortè à lapide lapis vel unus recedat.

Descendentibus de Vallo cum undiq; occurrerent Regis Gentilitia Arma quæ rebam à nostro duce seu potiùs Comite, qui sat tersè

loquebatur Germanicè; unde habet Gallia Lilia,
nam recordor antiquitùs Regia insignia
circumtulisse tres testudines.

Gallus Miles. Scire oportet, id
factum ñ humano sed Divino consilio, hæc
quippe Lilia nostræ Coronæ inserta ministerio
Cœlestis Aligeri, quæ iam à mundi incunabulis
præfigurata in Moÿsis candelabro, posteà
verò culta fuêre in templo Salomonico
Sanctissima Religione, nunc verò decorant
Regē Nostrum Gentilitia signa tanto fulgore,
ut sine ijs Principē nostrū in Throno Suæ
Maiestatis et justitiæ pulvinari sedentem
intueri non liceat tam parum quam Solē sine
luce. Ipsis insuper inest tam suavis fragor,
ut eo exteræ quoq; Nationes illectæ ultrò promis,
plenisq; ventis in nostra eant Vota sæpe etiam
optata prævenientibus satis.

Lilia Cur sint insignia Regum Franciæ et unde provenerint.

Verbis stam brevi finē ille non fecisset,
si patientes reperisset Aures: Sed quia instante
ipsâ meridie appetentiores nos eramus prandÿ
quàm longioris discursûs hinc iubemus in timan
nos D: Gubernatori vel Commendanti, cui
foras prodeunti grates agebamus quàmaximas
pro exhibito tanto favore: eo sibenevolo
afferente ad ulteriora servitia, rogabam ego,
quatenus gratiosè acquiesceret nos vecomendare
uni alteravelineâ Dnō Gubernatori Brisace=
=nsi; quod ipse nō abnuit, sed litteras in tabernam
se destinaturū spopondit, quæ etiā paulò post
secutæ: Et hic Gubernator erat Marchio
Puisieux, cuius humanitas ergà homines
et pietas ergà Deum et Religionē nullis nunquā
condignis præconijs posteris commendanda
cum nō modo à suis, verum etiā ab ipsis hostibus
benè audiat, ut velut quos cis Rhenū militaribg
excursionibus assiduè infectare posset, abstinet
ab ōi violentiā, nec se movet, nisi Superiore

Potestate impulsus, Sacra etiam operanti in Ecclesia PP. Discalciatorū Ministri instar Altaris ad Singula respondebat.

EO Dimisso dimittere etiam placuit Militem, quia operâ eius ultra nobis necessa= =ria n erat, donatum tam congruâ Monetâ: quā ipse recusabat asserens vel obulū receptū nimis sibi carò constiturū vixq; sustecturos ad eum redim= =endum quinquaginta sustuarij pulsus seu plagas instantibus nobis aliter nullus adesset, ipse non satis fidens dictis, huius oculatus volebat esse testis, quare circumiectis oculis in omnē partē, eum observari à nemine se adverteret, donariū tandem admisit, ita tamen cautè, ut nusquam visum miserit in peram: Ex quo conijcere datur, quantus rigor disciplinæ militaris à Gallis in cultu habeat, qui si mediocriter etiam ab alijs observaretur, tanti gemitus, tot quæstus oppressor= =um

Subditorum non audirentur quotidie. Subeuntes
tabernam Solã imagine soris parente Solis
illustrem, hospitio nos excipere videbatur ipsa
Gallica Sordities, nullus enim in rebus erat Ordo,
nullus suppellectilis apparatus, nullũ servitiũ:
Vnica fœmina et dominæ et ancillæ vices
obibat, picã loquacior: totam domum complebat
clamore nunc stomachans in obvias gallinas,
iam indignans seli, nunc pede feriens canẽ;
quidquid occurrebat, impedimento erat tumul=
=tuanti: videbamus eò effusiùs, quo magis ipsa
ferociebat, quæ tamen ergà nos se satis humanã
exhibebat, rogans veniã tumultũs, cuius potior
causa esset segnities sui Mariti relinquentibꝰ
hospitibus ordinariè se Solam ministrare,
maximè in callentibus Linguã gallicam:
haberemus modicã patientiam prandiũ nos
a futurũ. Post longam moram tandem sterniꝰ
Mensa, inferuntur fercula, iubemur accumbere:
et quia mensa nostra in redolebat pascua, hinc

Citò eramus Saturi nauseante stomacho
gallica condimenta, qua prope regessisset.
Mittitur interim Mulier visum an nõ ordinaria
navis de Basilea applolusisset, quæbis terq;
missa semper referebat, quõd nõ, quod nobis
singulari erat tædio similiter nobis persuaden-
-tibus, ludificatos nos à Nautâ, unde perfidiæ
uno ore ipsũ damnabamus maximè cumnec
ad vesperũ compareret. Sallendi temporis,
levandiq; tædij opportunius nihil accidere
poterat, præterquã curiosus aliquis discursus,
cuius ansã præbuit supervenienis quidam
de militia Vexillifer linguæ latinæ apprimè
gnarus, is audito nos Helvetos, gallica civilitate
nos venit salutatũ, multa de Patriæ, nostræq;
domũs statu perquirens, sicq; sensim familiariores
mutuo facti cœpi rogare, quatenus et ipse Regni
sui statũ, et Originẽ ignaris eum tamen scire
percupidis aperiret, fusiusq; aliquantulum

deduceret, arrectis Auribus nos ei auscultaturos
quod honori sibi ducens continuò ab alto sic
ordiebatur.

Gallia Origo eius et Regū Encomia

Gallus Vexillifer. Gallia.

iuxta Ptolom: Europæ pars sic dicta est ā
Candore Populi; nam Montes et rigor Coli ab eā
parte Solis ardorem excludunt, ut incolarum
corpora non colerentur. Est ā Triplex: Togata,
Comata, et Braccata. Togata dicitur
Cisalpina, quæ scilicet inter Alpes est et
Rubiconem fluvium antiquū Italiæ limitem
inde hoc nomine insignita, quo populi illi
Romanorū more togā uterentur. Braccata
nomen trahit ā braccis villosæ vestis, cuius modi
genus vestium peculiariter ferebant Narbo=
=nensis Provinciæ homines. Comata verò
appellatur à Comæ nutriendo studio. Et
hæc nostra Gallia tanti olim æstimata, ut eam

Honorius Tertius Christi pharetram
Selectissimis sagittis abundantē Greg: M.
tantū cæteris Nationibus præstare dixerit,
quantum Regiæ Maiestatis apex omnibus
honoribus antecelleret. Et sanè ut Cælum
Sijderibus, sic Orbis collustrat̄ fulgore nost=
=rorū Regum, qui stupenda nec ab alia Nat̄ione
facile imitanda ediderē facinora: Et ut ab
ovo ad malū progrediar. Anno 730 Martellus
Alderedanū Saracenū cum formidabili
quadringentorū milliū exercitu in Gallias
irruentem repressit et trecentis millibus inter=
=fectis in pugna Turonensi ea statuit trophæa
quæ nullg antiquorū Cæsarū potuit adæquare.
Tanti Patris n̄ degener Sobōles Pipinus bis
cum maximo exercitu Alpes penetravit, et
primò Arnolphū Longobardorū Regem,
deinde Gaifram in Summi Pontificis,
Religionisq; eius pignora rebelli animo

ferocitantes pacavit. His suis Maiorib⁹
minor esse nolebat Carolus Magnus velut qui
per oes terraꝝ partes fulminis instar terrifico
arma circumtulit; quin et Clodoveus cum
mill et quadringentis Navibus, quot non olim
Agammennon Rex Regū ante Troiam
vectus, per Sirtes et Charibdes, perq; insanos
Sillaꝝ latratus et fluctuū vortices hostē suum
impetijt, et his omnibus contemptis pro supremi
Jovis gloria in ipsa Victoria, animā generose
efflavit. His n̄ modo n̄ ad latū unquem cedens,
Sed multis adhuc para sangis antecellens
Modernus noster Rex tot naturæ dotibus est
decoratus, ut Sapientiā Socrate Justitiā
Aristidē, peritiā Themistoclem, Polijcratē
in Solicitate, in divitijs Crœsū superet: Sub
eius Regimine tantū efloruit Regnum, ut
adorationi sit omnibus Gentibus: quot enim
nostra Natio facit gressus, tot profert Victorias

Domi rerum sine arbitro suarū compos, foris
vero belli, pacisq; domina in medijs, quæ nos
vocamus, quoq; sceleribus Religioni suas solertes
aptans viaes et quæ sequuntur, fortunam,
grata in ore om̃ audit, pia, fœlix et Inclijta.

Theseus.

Vix hæc effatus de sedili surgens
subitò, veniam petit quod negotia se domum
avocent: et abit. Illicè fascinata hæc Natio in
suo Rege, Eius dicta oia velut Oracula Delphica,
facta verò tanquā prodigia excipit, et delira ut
talia etiam exteris vendit, Summè insuper
iactabunda est suorū facinorū, quēis quid sanctius
fortius, aut perfectiùs nihil ab alijs profferri
posse firmiter credit, nec præter se de Ecclesia
aliquid meritū quemquam autumat.

Pirithous.

Gallicæ status quā vang et nunc felix quā facile, possit imū=tari ū edocetur abexemplo Fridenici Comitis Palatini et Caroli Neapolita=ni,

Tam tum temporis habuimus Galliam, cum missis in Orientē legionibus, Colonisq; Christo Asiam reconciliavit, Item eā habuimq Felicem et inclytam quando suo contenta, aliena nō rapiebat, et tunc inter utriusq; fortunæ confinia etsi pressa sæpe, oppressa tamen nunquam modestia docta intra fines suos crescebat Regiā vi et opibus. Jam verò insano tumore inflata suimet superbe nescia, ebria fortunæ lenociniis, vicina cuncta miscens, odium seminans et discordias per Orbē, suaquè felicitate infelix, impia, sentiet aliquando iratas Dei manus, suorumq; scelerū vindices, quem nunc exteri bonorū eventuū momento metiens fingit sibi maximè propitiū vanā prorsus præsumptione. Caveat quoq; ipse

Rex, nè mittendo falcē in alienā meſsem,
propriā adexemplū Friderici Comitis
Palatini, qui nunquam Electorali dignitate
nunquam Suis Provincijs et mobilibus fuiſset
exutus, si non Coronā Bohemicā ambitiosus
ambijſset: sic etiam longè facilius suum
confeciſset curriculū Rex Caroloq Neopolitanq
si regno suo contentus in Hungariā manum
non adieciſset, ubi miserè veneno periit:
Nam ordinariè iuxta Senecā currus ad
Summū perducta, velocius in imum revolvit.
Columna quidem seipsā sustentat: at si
semel in alterutrā partem se inclinaverit,
corruit et quidem tanto impetuosius, quanto
maioris erat ponderis: Sic et Regū Imperia
quæ ni nisi authoritate et existimatione nitunq
cum semel labi cœperint, nullā vi, nullā poten=
=tia amplius sustentantur: hinc ni imprudenter
Tacitus, nihil, ait, rerum mortaliū tam instabile
et fluxum, quam fama potentiæ suavi nixa:
Nemo columnæ ad perpendiculū erectæ

Tacitus lo: 13 ann, Fortunæ instabili=tas.

Nimium confidat, ubi enim paululum
inclinaverit, quivis utcunq; imbecillus eiusdem
promovet. Unica Sinistra Actio omnem
interdum existimationē humi sternit.

Vereor nè et huic Coronæ ut potè Summè
elatæ par eveniat, nutetq; tanti cum tempore
Monarchæ potentia: Subrinde quippe Leo
fit minimarū Avium pabulū; nec est ferru
quod rubigo non exedat. Serio proinde curet hic
Princeps, quatenus fortunā suam pressis
manibus teneat; Lubrica est, nec invitatenen
potest. Quàm obrem Scijthæ inscitè fortunā
pinxere cum manibus et pennis, sine tamen
pedibus; per id insinuare volentes, eam
mobilem, nullibiq; consistentem. Imponat
suæ felicitati frœna et tum facilius eā reget:
nescio enim quo pacto rerū humanarū fiat,
ut, quæ eximiè pulchra aut iucunda sunt, cum
venerunt ad Summū, facilè deflorescant, et

insastidium contemptumq; desluant. Si hac in re meum requireretur consiliu ā Rege, aliud n̄ darem, quam quod dedit Lucius Valerius Tribunus plebis Magistratui dicens: Quo plus potestis, moderatius uti debetis Imperio.

Val: pro mulieribus contra legē

Discursum Pirithoi perdoctum et gratum abrupit tijmpanorū pulsus, tibiarū clangor, et in aream maiorē è suis stationibg convolantiū Militū strepitus quo sub fenestras excitī observamus primo præsentes et absentes in tabellario ā quodam notari, postea quid occultè in aures ingeri, quod nec alter astans percipiebat. Hic ego ad Pirithoum. Quid volunt sibi hæ Cæremoniæ.

Pirithous.

Distribuitur Tessera Militaris

Theseus.

Et quidnam est Tessera Militaris, de eâ nihil unquam vel audivi aut etiam legi.

Cirithous.

Tessera militaris quid et quâ variâ.

Olim in Militiâ dicebatur Tessera Symbolum, quo Socij ab hostibus et exploratoribus dignoscebantur. Eâ autem, ut vult Polybius erat primitùs tabella, quam Tribuni Militares sub noctem acceptam ab Imperatore ad Centuriones perferebat, et hi ad Decuriones, et isti ad quemlibet suæ decuriæ militem, à quibus rursù prius quâ intenderent se tenebræ, ea redibat ad Imperatorē, de quo Virg.

— It bello Tessera Signum.

Illi verò illud Signum bellicum per Contubernia Militū nuntiabat, Tesserarius appellebatur. Pro varietate Gentium varia dabat Tessera. Nam immemorabili illo inter bina fulmina belli Cæsarem et Pompeium, Tessera erant isthæc verba: Cæsaris, Victoria, Pompei, Hercules invictus: Illi extitit fausti Omīnis Sijmbolum, quia vicit: huic econtra infausti quia victus est. Bruto Militanti in Philippis loco Tesseræ serviebat Apollo: Cijro Jupiter belli Dux et Socius. D. Antonino, æquitas, Severo Septimo Laboremus. Pertinaci Imperatori, Militemus. Alijs alia ad placitum. Theseus.

Et quæ hic ordinariè dabur.

Pirithous.

Nunquā eadem, sed ad singulas noctes variatur: concurrunt tamen plerumq; S. Aliquis et Civitas. S. Ludovicus et Lugdunū.

Sub his Discursibus abibat dies in noctem et navis in oblivionē, interim incipi= mus nos famere prandio iam pridem digesto: quare iubemus apparari cœnam, quæ etiam tam frugalis fuit, ut nec Euclio solamen aliquod inde capere potuisset: nec liberalius nos excepit lecti sternii utpotè prorsus implumo solo, stramine factum. Unde dicebam Pirithoo Si reliquū itineris tam durū ac præsens initiū futurum, cadet Animus et cum eo curiositas plura experiendi.

Pirithous.

Meliora oportet sperare, quæ statim prima fronte se ostendunt, sed successivè prodeunt. Obrepsit tandem ambobus diu accersitus somnus, qui unotractu se continuavit adusq; sequentis diei diluculum ieiuno stomacho utriq; plurimū adeum contribuante. Vix illuxerat, prima erat solicitudo de Navi, quam audiens advenisse, exhiberi mihi peto factas expensas, quas max exsolvi: indeq; recedentes excipiebamur navi eteā portu depulsā committimur rapido flumini cum alijs promiscui sexus &c

Profectio secunda.
Ex Hüningen
Friburgum.
Theseus.

Pronoquamvis devehebatur Navigium fluvio, interim tamen morosior mihi obvenit eius cursus, quod curioso oculo nihil occurreret quo distraheretur; praeter enim nuda, solisq; Virgultis et tesquis horrida littora, quamcunq; in parte vertenti nihil praesentabat. Quidergo, Pirithoe, censes agendū pro fallendo tempore.

Pirithous.

Veni adme, et mecum ausculta,
quid inter se contravertant hic Italus et
Gallus, non me pœnitet aliquámdiu Aures
eorum discursui accomodasse: Loquuntur
ambo etsi non admodum tarsè latinè, Cardo
disceptationis in eo vertitur, Num Regi
licitum Personas Ecclesiasticas subijcere
pendendo Tributo more Sæcularium: illo
acriter hanc potestatē ei denegante, hoc
verò mordicus contra asserente illi.

Theseus.

Cogitatio optima, nec gratius
meis auribus aliquid accidere pótest. Silea mq
ergò et attendamus, quid prò, et contra
asseratur.

Discursg inter Italū et Gallum de jure imponendi tributa Personis Ecclesiastiçis illoiu Sæcu=laribus Competere negante hoc ijs asserente.

Italus.

Verendum nè aliquando tuo Regi Sata graviter iràscantur.

Gallus. Et quare?

Italus.

Quod Rex tuus adeò Liberâ manu involet in bona Ecclesiastica contra omnē immunitatē ipsis Personis Ecclesiasticis tributa imponat, id Superis placere non potest.

Gallus.

Quid. ergone existimat Sua Dnãō
et bonis et Personis Ecclesiasticis, vim,
iniuriamq; inferri, quando Principes
Seculares pro sui, Regnique conservatione
repetunt quæ pia liberalitate in locis Sacris
deposuêre minimè gentium. Nam Eccles=
=astici sunt nobilissima et præcipua pars
Reipublicæ. Unde si pro Aris, et focis nos,
nostrã vitam tenemur exponere discrimini
quare ñ et ipsi suas fortunas. s. grave admodũ
caderet plebi persolvere decimas, si inferendis
oneribus ñ etiam ab ipsis aliquod levamen
caperet. An ñ ipsa æquitatis ratio exposcit,
quatenus Clerus redditibus suis publicas
impensas sublevet, nè obærentur Seculariũ

Bona, et sic cessante agricultura cessèt
etjssa decimarū reebibitio. Non est Meus
Rex deterioris Conditionis quam fuere
Alphonsus Hispaniæ, et Emmanuel Lusita-
=niæ Reges, quibus concessit Gregorius
Decimus decimā partem Decimarum, quæ
destinata erant fabricæ: et præterea, qua ratione
Meo Regi semper Augusto hæc potestas
controversa fiat, cum Cam illi asserat ipsa
Lex Divina: S. Enim 13. ad Romanos
ita statuitur: Omnis Anima potestatibus
Sublimioribus Subdita: et paulò post; Ideò
Tributa potestatis. Ubi to/omnis Anima/
includit etiam Clericos; ergò et illud/ideo
tributa/etiam ipsos concernit. Nec id negat
Urbanus q. 23. 8 Can: Tributū dicens:
Tributum in ore piscis piscante Petro
inventum est, quia de exterioribus suis
Ecclesia tributū reddit. Huic consona habet

Sanctus Ambrosius alioquin Ecclesiasti= S: Ambr:
=carum jmmunitatu Zelator et Defensor in Orat:
Acerrimus in Orat: de tradendis basilicis, de trad:
dumita Scribit. Si Tributu petit, ñ negatur, Basilicis
Agri Ecclesiæ solvunt; Audiatur etiam ipse
Isidorus Pelusiota qui l. 1. epist. 48.
Epagathum presbÿterū tributu Solvere
detrectantem ita perstringit: descriptus
est Dñs, cum utero gestaretur, et censu Cæsari
dependit, hinc videlicet velut lege latâ nobis
indicens, utei qui Jmperiu tenet, obediamg,
modo nihil ad pietatem impedimenti afferat
quæ igitur ipse Deus Noster Subdita
per dispensationē et consiliū paupertate
docuit, candido Animo imitemur, nec
pauperū obtentu Tributū pendere detrect=
=emus. Quid Clarius, quid efficaciùs
in medium produci potest his pro Assertione
Supremi Dominij mei Regis in Bona

Ecclesiastica imo et in ipsas Personas.
Nam nomen Tributum importat Signū
Subiectionis exē de Cent: omnis Anima.

Italus.

Telum quo Sua Dna tulit è
pharetrâ S. Scripturæ et credit ōi Achille
fortius, alio non minùs valido ex eâdem
deprompto retorqueo; scilicet ex C. 17. Matth:
in quo Christus interrogat Petrū: Quid tibi
videtur Simon. Reges gentium à quibus
accipiunt tributum à Suis an ab alienis.
respondit Simon ab alienis. Ergò reponebat
Dns: liberi sunt filij: Ex hoc ego subsumo:
Si non à filijs Reges tributum exigunt, quos
subditos habent, ergò minùs, quos sibi superiores
venerantur: Atqui Principes Sæculares

Subsunt Pastoribus tanquam Oves; hinc
prœposterus erit prorsus Ordo si Oves lac et
lanam exigant à Pastoribus, sicq; iniuste
Personis Ecclesiasticis imponuntur tributa
à Principibus Sœcularibus et maxime à Rege
Vestro, qui Primogenitus Ecclesiæ esse et
audire vult. Consultius ei foret si hoc in passu
Sequeretur Pharaonis exemplum qui Sacrifi=
=culis ægijpti non modo lati fundia tradidit,
perpetuoq; ijs stabilita esse voluit, Sed insuper Baron:
exhorreis publicis statuta ipsis cibaria minist= Anno
=ravit. Nec adstipulantur Vræ Dominationi Christi
SS: Patres Ambrosius et Isidorus; loquuntur 387.
enim Solum iuxta mansuetudinē Christianā
conformiter ad Christi Doctrinā. Luc. 6.
volentis ablato pallio dimitti et tunicam.
Connivebat S. Ambrosius ex agris Ecclesiæ
Solvi tributum ad cavendū maius malum,

Scilicet quarumdem Basilicarū ruinam,
quem in finē Vrbanus Summus Pontifex pa
indulsit Sub eā tamen clusulā: Quamvis etiam
huiusmodi sit dest Clerici s. ñ videantur Impe=
=rialibus exactionibus Subijciendi, expriori
textu plus ñ evincitur, quàm quod Exemptio
pendendi Sæcularibus ñ Sit de jure Divino,
Sed Solummodo humano, quod ultrò concedo.
Quin et hanc exemptionē Ecclesiasticam
viguisse olim in Gallijs, argumento esse possunt
Regni Vestri primordia dum tempore
Gentilismi ipsi Druidæ Sacrificuli vestri
liberi fuēre ab exsolutione tributi, donati
quoq; vacatione à militia et aliorū onerum
exemptione: consulatur Super hoc Cæsar. l. 6.
de Gallico Bello.

Præterea non tam imprudens quàm
et impiũ factum videtur, sublœvissimo neces=
=itatis prætextu continuo velle expilare Eccas.
Providentiã Divinã profectu ille dignus
non est, quisquis potentiæ Eius diffidens in
omni casu mox ad Suppellectilem ac illius
domus oculos, manusq; rapaces convertit:
Si tamen extremè prematur Patria, modũ
à Principe observandũ sequentè docet
præscribitq; Consil: Latran: Sub Innocen=
=tio
3tio Annoizzis celebratũ, cum ait.
Adversus Consules alios, qui Ecclesias et
Viros Ecclesiasticos talijs seu collectis et
exactionibus alijs gravare nituntur. Consiliũ
Lateranense Immunitati Ecclesiasticæ
volens providere Præsumptores huiusmodi
Sub Anathematis districtione prohibuit,
Excommunicationi præcipiens subiacere

Transgressores et Fautores donec Satisfactione impendant competentem. verum si quando forsan Episcopus simul cum Clericis tantæ necessitatem et Utilitatem inspexerit, ut absq; ullâ coactione ad relevandas utilitates et necessitates communes/ubi laicorum non suppetunt facultates/subsidia per Ecclesias duxerint conferenda; Prædicti Laici humiliter et devote recipiant cum actionibus gratiarū: propter imprudentiā tamen quorundam Romanum prius consulant Pontificem, cuius interest communibus utilitatibus providere. Quidam ad hæc:

Gallus.

Cordatior est Meus Rex quàm ut ab eiusmodi fulminibus terreatur, minùs animo cadat; proxima et generalis agendorū Regula; quia nihil in orbe prudentiq est propria sua Voluntas iuxta illud vulgatum.

— Car, c'est nostre plaisir.

Sic volo, sic jubeo, sit pro Ratione Voluntas.

Italus.

Potest esse Rex Tuus Cordatior, sed et præsumptuosior: Caveat nè illi eveniat, quodolim accidit Machab: 3tio Heliodoro, hic enim cum ex mandato Regis velletaurū etiam depositū intra templi Septa accipere, subitò concidit in terrā, iacebatq; Divina virtute mutus, omniq; Spe et salute privatus tam diu, donec precibus Onicæ Sacerdotis ad Deum factis denuò convaluit.

Interhoc pellitur Navis ad portū me inadvertente, totus quippe eram intentꝰ adverbosum illorū duorū conflictum avidē exitum eius exspectans; quem interciḍit subita hæc appulsio. levatis itaq; oculis Sursum, adverto clivo insidere quoḍam oppidum: quærenti eius nomen mox occurrebat.

Pirithous.

Neoburgū ad Rhenū aliquándo parebat Regi gallię nunc Imperio

Est et dicitur Neoburgum cui vix integrū manet nomen miserimè devastato, potioreq; eius parte in Rheno tumulatā: quod reliquū est de tectis, ea Sine formā, Sine cultu conflata, nec satis contra frigus, æstum aut pluvias fida utpotè pessimè sarta. Erat quondam hoc Burgum florentissimū quod Anno 1213. Wulflinus Friderici Primi Imperatoris Præfectus muro cinxit; pòstea

Verò alios et alios Dominos sustinuit, abhinc
quippe quadringentis Annis Episcopus
Basiliensis suo id dominatui subiecit, â
iterum vindicavit et pristinæ libertati restituit
Rudolphus Primus Comes Habspurgicus
fundator Archiducatûs Austriæ Patriotameq:
dein Anno 1622. cessit in prædam Suecis,
Anno verò 1638. Bernardo Duci Saxoniæ
Weinmariensi, et tandē stratagemate Anno
1675. Gallis, qui posteriores seu novissimi
primi nocte concubiâ silenti pede exercitum
et simul octo tormenta Bellica maiora applicu=
=ere Portæ Civitatis, ita festinè ut tandem
vino somnoq; sepulti Excubitores experrecti
et consternati infesto clamore Urbē complerint
vociferantes hostis habet muros; sed quia NB
superatos se intuiti hostili manu, pacisci
quæsiere, nec irrito conatu inducias quippè
NB Cives tumultuariè concurrentes vim vi libenter
repulissent,

Obtinuêre à Monsieur Voubrun ad certos
dies frustrati tamen omni spe pacis potiundæ:
Vix proin hæc elapsa, illabatur turmatim omnis pro
foribus exspectans miles, qui iam ante acuerat
dentes in prædationē; Unde signo dato
paratior avide ōia vorabat sibi irascens, quod
tempus plura ñ concederet dirripere, et sic
devenit in manus Galli, reditum iterum Imperio
in statu quo nunc visitur prorsus miserabili.

Pax potior quā trium=phus.

Hic ego reflexus in nostrā Patriam
dicebam apud me: Quantu felix, utpote cui
datum in quiete fruii Pacis fructibus, qui
meliores quam ullus de hoste reportatus
triumphus, prout quidam Poetarū cecinit.

Pax ona Triumphis.

Innumeris potiõr: dum enim gladius succinctq
lateri hæret, nunquã periculũ abest; et etiamsi
triumphare quis posset, præhabere tamen
deberet Pacis commoda, cum nullã Victoria
factas expensas satis compenset: hinc mea
Patria charissima per se prudens et
futurorũ perspicax, in pretio habeto aureũ
tuæ libertatis pomũ, velut cui ĩ unus See
plures inhiant Hercules. Draco, tuam
intelligo vigilantiã, hæc assidua tua teneat
claustra bene obsepta; nec patere vel primã
apertã, nè per hanc hostis irrumpat, et sic
ex propriã incuriã tuis Corrivalibus, quorũ
numerus haud exiguus, præda fias et cedas
in ludibrium.

Monitũ salubre ad Helvetos

Capto hîc vapulum vini haustu
cum Buccellã panis, plura siquidem non
porrigebat ipsa egens taberna, repetebamus

Theseus periclitat in Rheno.

Pristinâ Navim præmonitis ante Serio ab incolis Nautis ut sibi caverent â palo Subtorrente latente et â multis iam iam naufragijs infami: quem dum cavent, insident navi aliquamdiu immota manente et quasi ei affixa: eam iam ab hâc remotâ illorũ Sedulitas eriperet, tentabat omnia modo ad dextrũ, nunc Sinistrũ latus ipsam onerariâ torquendo; at dum in Uno liberabatur, subsidebat in altero, Ingens Sollicitudo tenebat Oes suæ Salutis incertos et Morti iàm propè viciniores quàm vitæ: miseræ tandem nostræ Sorti compassi Superi subitò â præsentaneo eripuêre nos interitu: præterõm expectationẽ prono incipit navis decurrere torrente nusquam læsa, quod nos Summopere demirabamur adorantes Altissimi dexterã, cui unicè nostrã redemptionẽ ascribebamus. Præ stupore rei tam insditæ aliquantotempore silebamus cuncti, redditi rursus alter alteri periculũ enarrabat quasi illius nescio: evanescente

Sensim omni terrore Italus exspectans
in seminutâ Civitatem dicebat cum aliquo
motu ad Gallum, En bella vestigia Belli.s
hi illius fructus: quis iam dicat Virgilium
malè cecinisse cum ait.

Nulla Salus Belli.s

Gallus.

Quin imò plurima illig Salus.

Italus.

Et quomodo.s

Gallus.

Commoda illius, quæ Sua Dominatio non percipit, agnovit optimè ipse Philosoph dicens: Civitates magnâ ex parte Bellum

Belli commoda seu fructus Aristl. 7. Polit: Cap: 14.

Excercentes conservantur, eade Imperio
potitæ corrumpuntur; Tunc enim cura vigilat
providentia est, gladio cincta, gloria exstimulat
Animos, occasiones fortitudinē augent, et
periculū cōmune Sociat voluntates, malosq;
Reipublicæ humores evacuat, et ut loquar cū
Salustio, Metus hostilis in bonis Artibus et
legibus populū retinet. Nunquā enim Romani
fuēre fortiores, nec Subditi magis quieti et
devoti Magistratui, quam cum portas Vrbis
Suotempore Pirrhus, alio Hannibal obsideret.
Nam si disciplina Militaris conquiescat, nec
in continuo Servatur exercitio, effœminat
otium Animos, labefactat et stemit muros,
ærugine obducit gladios, et scutorū ligaturas
corrodit; gliscunt cum eo paulatim delitiæ,
dominatur Ambitio, quæ Sunt seminaria discor-
=diarū, et inventa civiliū dissidiorū: Quæin

Provincijs Belgicis priusñ potuëre sopiri,
quam cum Mars Regionibus illis Sua Arma
intulit, et Sanè Monarchiæ Hispanicæ hæc
velitatio plurimũ profuit, fecitq; Suæ poten=
=tiæ amplius incrementũ, si modo coniunctiones
fuissent ipsæ Provinciæ: hinc constat, quam
absurdè cecinerit Maro.

Nulla Salus Belli.

Italus.

Adductis rationibus nec Umbra Salutis è bello evincitur ut potè quã ipsũ nominis Ethimon negat: Bellum enim à pantiperist= =asin dicitur, non bellũ, nomenq; derivatã belluis, adeoq; belluinũ imo plus quã Belluinũ: nam lupus lupum ñ est, Aquila Aquilã ñ impetit nec aspis aspidem, et homo homini per bellũ

Belli damna.

Molitur perniciem, nec ei iedullibi magis
impunè quā in Bello, inquo nemine vindice
maturantur innumera funera, exhauriuntur
Illustres familiæ cum Summotum privati tum
publici boni dispendio, ubi Vrbibus, sicutethuic
accidit maior inferetur vastitas quam si maligno
Siderevе invecta pestis domus oēs pervadat.
Si altius rei tam exitiosæ causā pervestigare
lubeat, aliam ñ. deprehendemus quā ipsorū
Aulicorū assentationē, qui advertentes
Suū Principē ad Martē proclivem, adtā
funesta tragicaq; acta pessimis suis consilijs
amplius pertrahunt. Hij Togati Milites
docent, quā ratione obedin Vrbes, duci fossæ,
fugari hostes, incineran Civitates debeant,
quia tamen Bellū nusquā præterquam in suis
Triclinijs experti: Loquunt de periculis ab
ijs maximè elongati; magnā ex parte gerunt
ensem, non, proh dedecus. quo aliquid agant

Aulicorū assentatio et inepta sortitudo

Pro Patriâ Sed tantum, ut fortitudinis
imagine obvelent Segnitiem; qui dum Rex
agit in Castris, ipsi interim feriant domi,
ubi Securè audaces minaci vultu hostes
provocant, Regias Cohortes disponunt,
hortantur, promovent lepidi sanè Duces,
in quoscunq; sumunt Arma, certissimi reportant
Victorias incruentas eo modo quo Pictores
constant exercitus, prœliorumq; implent
telam imagine nihil à Militibus metuentes;
qui penicillo Authore prodierunt, eodemq; cadent
statim ex novo labore in eâdem telâ artifex
ludere volet et fecisse pœnitebit.

Gallus.

Cum sua Dna noverit virtutes
Nostrorũ Aulicorũ tam affabre traducere, Si
Regi meo foret à Secretis quodnã in tali materia
Datura Ei consiliũ esset?

Italus.

Sanè non aliud quam quod olim Cyneas dederat Cyneas Tessalus Pyrrho suo Regi dehortatz Pirrhum abinferendo bello Romanis, suadens legationē ad Romanos, Is enim animadvertens suū Principē ardere cupiditate debellandi fortissimā hanc Gentem: Quid.s dicebat victis Romanis ultra factum O. Rex.s Italiam, reponebat ille occupabo; Et hac potitā, instabat Cyneas quid amplius ages.s Vicinā aggrediar Siciliam oppidis divitijsq; florentem: et rursū ille, et quid fiet post occupatā Siciliam.s Num tunc erit finis Belli.s Cui Rex: Minimè, sed Siciliā devicta patebit ingressus in Africam, ipsamq;s Carthaginem, et ex hac in Macedoniā universamq;s Græciā; quæ ultrò meo imperio

Colla submittent, & his peractis quid postea
tentabimus? S. Fruemur tunc, respondebat Rex,
dulci otio, compotabimus et delitijs diffluemus.
id ipsa, excipiebat ille, etiam licet O Rex, et
hoc citra omnē armorū strepitū capitisq;
nostri apertū discrimen; ut quid ergo per tot
ambages, incommoda ac sumptus quærimus
adeo procul, quod habemus in vicino. S. Tales
Consilianos deberet habere Rex Vester,
. et tunc multo parceretur Sanguini quem multo=
=ties sine aut tantū cum quæsito titulo effundit.
quamdiu ipse continebit se intra sui Regni
circumferentiā, nemo ipsū inquietabit; sicut
Aquæ cum intrà suū motū se conservant, vitiū
nullū capiunt. Fluere quidē eam oportet, sed
intra suas Undas, uti videre est in lacubus et
stagnis solà viventorū agitatis. Sed enim Rex
Vester subsidere sic non novit, dilatare suum

Regnum assiduè cogitat et semper novas
illi adijcere Regiones ut adeò benè queat
ipsi optari illud Ovidij.

Ovid: 1. Fast: Sic quibus intumuit suffusa venter Abundâ
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ
Vnus Pellæo Juveni non sufficit Orbis.

Quarè quondam Scijtha Legatus Alexandro
imperij sui ampliandi percupido dixerat, de
Rege Vestro quoq; efferri videtur, scilicet si
Dij habitu corporis aviditati Animi parem
esse voluissent, Orbis ipsu non caperet cum una
manu Orientē, altera Occidentem contingeret,
et si hoc esset assecutus, insuper scire vellet,
Vbi tanti Numinis fulgor conderetur.
Ad hæc infremuit Gallus motus tamen
debebat componere fluctus, quòd in initio
discursus libera fecisset Italo loquendi quod vellet,

Facultatem, æquo Animo data à se susceptum iri, secùs tanta libertate hic maximè in solo alieno et Gallico quidem nō fuisset locutus.

Interea temporis alto adhuc Rheno detentis veniebat in conspectū Brisacum superbo supercilio circumspectans retro et ante se positas Regiones, et cum latere neminē nisi cæcum posset, præter eximiā eius Speciem quam Iovis ostendebat oculis, mente quoq; prima eius fundamina penetra=
=re impellebat cupido; hinc rogabam Pirithoū, quatenus ædea ipse mihi præluceret.

Pirithous.

Brisacum latinè dictum Mons Brisiacus, fundatorē iactat ipsū Valentiniā=
=num Imperatorē ædes eius successu temporis

Brisaci deditionis fundatio, Conditu à Valentino Imp: Subest Regi Franciæ

Collapsas restaurãrunt tum Bertoldus Dux Zeringensis tum Maximilianꝰ Cæsar, qui Illud Bomnii Austriacæ incorporavit, huic verò abstraxit Anno 1638. Dux Bernardus Weijmarensis operâ et milite adiutus Suecorum nec prius quam fame propè erectum, maluit enim extrema experiri quàm levi deditione suæ famæ labem inurere: ad quantas Angustias eã in obsidione redactũ fuerit, inde constare potest, quod vãrũ venerit Panis duarum librarũ pro quatuor daleris: ovum pro Sloveno, pomũ protribus batzeis, gallina protribus Slovenis, libra carnis equinæ et caninæ pro septem batzeis. Anno posteà 1642. in ditionẽ Suã accepit Modernus Rex Galliæ Ludovicus decimus quartus quod perpetuò possidendũ adiudicavit Ei Pacificatio Monasteriensis cumtotã

Alsatiæ eâ tamen lege, ut in horum vices
dependat tres Milliones: his temporibus
præterquam quod à naturâ sit munitum, propè
invincibile reddidit præsatus Rex novis
undiq; adiectis propugnaculis.

Vix Cum Pirithoo subij hospitij
tecta, mox vequirebam deloci Gubernatore;
quem abesse domo hospite asserente, spes
videndi sortaliqij mihi recidit in Rhenum,
cum recommendatitiæ adipsum fuerint directæ
haud tantundem operaturæ penes Vices
gerentem: certum tamen huius rei periculū
facturus hunc conveni supplex rogitans,
quatenus intuitu præsentiū indulgeat, quod
præsens D: Gubernator inficeret negaturus:
Sed quod mihi præsagijt animus, evenit:
negabatis Suo esse facultatis, petitis annuere,
maximè cum recens ex Aulâ emanârit

Inhibitio, terrore cuius deinceps omnes et Specia-
=liter Ecclesiastici arceantur à curiosâ hac inspect-
=ione; quo responso confusus meimet iam irrisor
factus, quod Supra alias Gentes Gallorum
Politiam extulissem in patria bilem iam motâ
augebat Secuta cœnæ sordities, quod præter
putrida ova nihil daret famenti, cui vix
Sufficere poterat Apicio mensa. Posteâ ra
die, quæ erat Dominica, Sacra operatus
apud. PP. Capucinos, ducebar in eorū hortum,
unde præcipiti curioso, oculo se aperiebat
regionis planities in immensū fere protensa,
quæ maiori utiq; stetisset voluptati, Si et datū
esset interiorem munimenti machinam
perlustrare; quare iam Parisaco pertæsi,
vale accepto à Patribus rursum itineri nos
dabamus invisuri Rev: D: Abbatem de
Portâ Cœli tunc temporis, uti intelleximus,
residentem in Suo Dominio vulgo Küechlisperg

Vocato: et aberratio à rectâ tramite, et lutulen=
=tum Solum nullū firmū vestigium admittens
remorabantur in tantū itinerantes, ut primò
post meridiem eò perveneri mus à milliare
circulo vitioso gÿrati: hīc fractas vires, nec
non vacuitatem ventris mox compensavit
profusa humanitas D: Abbatis, quā nos non
modo reficiebat, Sed et obruebat nihil prorsus
officiorū omittens quo nobis gratificaretur.
quin prō ampliori sui in nos affectūs et studÿ
contestatione equos subministravit, queis
transportaremur ad Suū Monasterium.
Alterâ die sequente ipso nos à tergo, via erat Die 28.
parum illustris luminis accessū auferentibus
Nemorū, montiumq; iugis: nec prius in
conspectum venit dicta Domus, quam cum
ex isto Caci speloeo liberi prodiissemus.
Stupebam Summopere loci Solitudinem, utroq;
ex latere surgentibus, eamq; concludentibus,

Nisi qua' ducit Vallis exitus, immanibus petris, ut adeò vix Sex iugera Cæli patescant. Vnde dicebam ad Pirithoum, quare non in Saccum recondiderunt primi fundatores hanc â se erectam Domum, hi utiq; humili= =tatis ergò noluerunt innotescere Orbi piam hanc suam Elemosynā. Retter, si, Scis, qui prima ei iecit fundamenta.."

Pirithous
Monasterii de Porta Cœli

Porta Cœli Monnū Ord: Cist: fundatū 1135.

Ord: Cisterciensis quod vulgo audit Tennenbach, abalijs melius Tannenbach fundatum est Anno 1135. ä Lantgravio de Stüelingen et Bar Equa Stirpe progeniti Comites Fürstenbergici; occupant exhorū Prænobili familiä plures hïc loci Sua reconditoriä, inter quæ eminet Egonis Tertij

Fürstenburgij et Lantgravij Stülingensis,
necnon Uxoris eius Adelheidis de Nidau:
extris alijsq; lapidibus Sepulchralibus promis=
=cuè per Claustrū positis conijcere datur, eo
tempore percelebre fuisse hoc Asceterium,
cui minus splendor accessit, ê Vitæ Sanctimoniâ
B: Hugonis miraculorū gratiâ coruscō, non
dubium quin ipsius meritis stet his temporibus
incorruptum, utpotè omni ex parte flammâ
bellicâ circumdatum: Duobus Dominis è
diametro sibi oppositis Scilicet Imperatori
et Regi Franciæ cogitur servire et militares
Contributiones exsolvere, hinc mirum, quòd
adhuc sarta tecta teneat, nec unquam stabili
firmabitur pede, quamdiu Brisgoia et
Alsatia in suo Sinu duos tam potentes fovebit
Corrivales. Biduo hīc firmandis viribus
indulto, omni benevolentiæ cumulo aucti inde

Trames 1.mus. Reditus

Recessimus trigesimo Augusti recta tende=
=ntes Friburgum: Nec in via intercurrit obser=
=vatu dignum praeter bustu aliquando sat
Hochburg= Samosi Hochburgi, quod olim fuerat Sedes
=um quoma devastatu. Marchionu Badensium, nunc iacet prost=
=ratum, quia nimis alte eotempore caput
extulerat, id inclinavit Rex Suecie nobiliora
quoq; Germanie loca et castella suo decore
denudans; Rex Gallie vero, quam hi barbari
reliquam fecere cutem, et hanc ei detraxit,
omnemq; animam tulit, ut adeo de tanta
mole nec vel minimus visendus paries qui
erectus stet: et Sic Sero quidem Dij molunt,
et si Semel molere incoeperint bene commi=
=nunt.

Editus è Brisgoia in Patriam.

Approximantes Friburgo quod Anno Christi. 1120. fundavit Bertoldus Quartus Brisgoiæ Metropoli præter Campanile Argentinensi æmulum rapuit quoq; in admirationē ipsa Bellona supra portā Civitatis conspicua, quæquidē advenas tnici vultu intuebatur, haud tamen terrebat, quia lapidea plusq; artis quam vitæ spirabat. Admissi intra Urbem rectâ petebamus tabernā, quam propendens designabat racemus. ostendimq hīc aliquot Cives compotantes, utore sic et corde apertos, nobis magnopere conquerentes de Gallicâ Barbariē, quos tamen iuvare nō poteramq: Friburgū quo Anno fundatū.

Transmissimus Reditus

Quibus et dicebam volenti ñ fit iniuria, ultrò huic iugo colla submisisti excusso Imperatorio, non arma, ñ vires defuĕre, sed bene fidelitas, ergò est pœna peccati. At illi uno ore clamabat, in proditione Cives partem nullam habere, perfidum Caput Generalis Schiĭz totius perditionis esse, huiusq; causâ vnicam. Quidquid sit, id, replicabo ego, oportet nunc patienter ferre, quod immutari non potest et exspectare cum tempore meliora fata: quemadmodum

Ovid: Tempore Ruricolæ patiens è taurg aratri
Præbet et incurvo colla premenda iugo.

Interim redit famulus, quē ablegavimus ad Urbis Gubernatorē Monsieur Dyaÿ cum licentiâ in Scripto datâ videndi propugnacula, qui insuper referebat, excusare se

Dictum Dñm, quod sui copiam nobis facere non posset in causa esse podragam quã dirissimè affligeretur: et quia adlatus stabat hæc eo dicente, ipse Dñs Physicus Civitatis, miror, aiebam vultu adeum conversō, cur hæc pestis, ut ita illã vocitem, tantũ dives et Divites, prætereat verò plebeios? et quod nullũ excogitari queat Remedium, quo invisus Sospes domo expellatur? At quod ille molliter subridens dubitanti singula enodando sic occurrebat.

Physicus.

Cur Podagra non infestet Plebeios, benè à Divites, rationẽ dat Petrarcha ex Cœlio Curione per facetũ Apologum, qui ita se habet.

Apologus de Podagra et Aranea.

Posteaquam Podagra et Aranea ex Societate eiusdem lecti familiaritatē inter se contraxerunt, statuēre mutato hospitio alibi suam fortunā experiri. Quocirca itinere auspicato ad oppidū perveniunt ubi Aranea ut erat expeditior, ad spatiosā hominis opulenti domum divertit; Podagra vero tardior cum ultrò progredi non valeret, in pauperis tugurio hærere coacta est. Sed utrisq; provisū quām pessimè. Aranea ut primū occupato quopiā angulo telam exorsa fuit, repentè scopis Ancillarū disiecta rilevè præter laboris iacturā vitæ periculū adibat. Podagra neq; refectionē inter rustica mensæ obsonia, neq; quietem in durissimo lectō idoneā reperit, ut gemebunda, suspiransq; noctē dremq; in somnē ac ieiunū traduceret. Aranea rescire cupida quā sorte familiarissibi Dña Podagra hospitio excepta esset, eandem

Invisit, Cumq; intelligeret mensæ tenui=
=tatē, cœtraq; domus vacuæ et ruinosæ
incommoda, Suamquoq; divitis inhumanita=
=tem quæsta est; convenit proin inter utramq;
partem de hospitio permutando, et Aranea
quidem pleraq; sibi in illa pauperis taberna
reperit perquā opportuna, plena omnia
rimarum, Senicula languidā, Ancillam
dormituriente, et in pingui ex Zijtho
mensā confectā muscarum agmina: Podagra
verò inde se ad opulenti Divitis Aulam
multo conamine attollit, tandemq; admissa
lautissimā omni apparatu Cibi, vinique in
vitris diversis splendescentis mensā reperit.
Ubi postquam se ad Domini pedes assidentis
demiserat, isq; veniente sentiret, ovetorvo
veniens, quæritansq; Equis, aiebat, istic novus
hospes advenerat? famulos, famulasq; —

Inclamat, qui subitò adserviendum Dñæ
Podagræ, et excipiendâ suaviter accurrunt,
calcitræ Gerinis pennis fulta, molles ex
Anglicanâ lanâ, sericoq; vellere quæruntur
tapetes; lecti plumeis sustarti montibus tota
ad obsequiũ Aula circumstruitur, Dolorẽ
multi pvomunt, alij plures simulant, nullo
etiam solantur, quod longæ vitæ argumentum
sit Podagrâ corripi. Quo factum, ut Aranea
deinceps pauperũ, Podagra opulentorum
domos incoleret: et cum tantâ utrinq; huma-
nitate et hospitalitatis gratiâ exceptæ
fuerint, inde etiam Podagræ Animus
crevit, ut Gubernatoris nostri ædes subintrare
haud verita sit non nescia, reperiri in eâ,
quidquid lautitiarũ totâ Vrbe habetur.

Theseus.

Utrecam ad primū quæsitum.
Non est languor, non morbusullus, cuiobviam
ñ queat aliquoremedio, quovelsanetur vel
leniatur adminus; Cur Podagræ vni
Succumbat ōis Phijsicorū Scientia, ut
prorsus nesciat, quā viā occurrat huic malo.s

Phijsicus.

Absit ut Podagra triumphet
de nobis quasi remedij adversus eā ignaris.
Alia ut præterea Solum in mediū produco
illud D. Waibelij Neoburgici Principis
Medici expertissimi, quodsic parari vult
et docet.

Remedium contra Podagra

Excoque pondo solionū Rosmarinj in aquæ fontanæ mensurā adquernū ignē in olla terrea benè pura et novā sirmiterq; conclusā et oblitā, nè tenuiores spiritus evaporent: postquā verò duabus horis bullierit, adijce ex semine Anisi foeniculi et Carviæ quatuor Uncias singulorū sēd benè contusas, media simul hora excoque. deniq; appone quatuor uncias solionū senis ñ nihil attritorū, postq; tres quatuorvè ebullitiones igni subtrahe, ac subinde hoc expotu refrigerato haustū Vnū decem circiter cochlearū tribus antepranditū ac totidē ante cœnā horis sumito. Vinonisi perquam temperato abstinendū; cibus facile sit digestibilis; suillæ, salsæq; carnes, pisces, fabæ, pisaq; et crudiora quæq; vitentur; principio

Veris et Autumni cum præcipuè humores moventur, hic potus, et quatuordecim primo diebus renovata sæpiùs coctura adhibendus erit, Si tamen alio iminere tempore malum sentires, rectè præoccupabis, tribus constanter Annis si utaris, valde morbum alleres; quod nisi fiat, hinc quoq; remedium sperare non poteris: Nam levi quotidie purgatione vis Rosmarini cum foliis Senis iuncta sensibili= =ter totius corporis humores siccabit, parciusq; semper Annis posterioribus haustus, usus deniq; inunius alteriusq; diei potione deflexi ad præscriptū Medicorū convenientius stomacho temporatū. Et licet confirmata iam multis Annis autex Sanguine patrio traducta Podagræ difficilis sit Curatio, tamen, quia eiusmodi remedium cum dictā admodū castigata plurimū levamenti afferat, dubitandum non est. Extra hoc efficaciq

Nullum, quam quo usus Carolus Quintus Imperator in hoc Ordine podragicorum benè diuq; inter ipsos etiam bellorum turbines exercitatus scilicet Patientia iuxta illud Reumeri:

Antitho dū vitæ patientia: Sola malorū
Victrix, si bene vis vivere disce pati.

Theseus.

Felix qui rerū potuit cognoscere causas.
hæ si cognoscentur, facilè Podagræ arcevel ingressus, quo semel dato nulla propè vi potest abigi, turpius enim dicere volo, difficilius ejicitur quām ñ admittitur hospes: Si has novenit D: Phisicus prodhe=cere, profuturā meā, et alionū cautelā perg= =ratum ēadet.

Phÿsicus.

Franciscus Dias Verone = Causain
= nsis Medicus Eruditissimus intract: et externæ
ac Clementē Octavum causas Podagræ Podagræ
contendit esse partim internas, partim
externas: illas dicit esse, otium, Quietem,
Crapulam, Venerē, Cibos crudiores, nimiā
exercitationē, perturbationes animi vehe =
= mentes, immodicas Vigilias: has verò humo =
= rum abundantiam, imbecillitatē cerebri,
lienis, hepatis, et stomachi

Theseus.

At Capere nequeo, qualiter idēmorbus
proficisci possit, et ab otio et â labore.

Physicus.

Hoc nihil peregrinum;
otium quippe nocet languore, quo nosci
humores velut in aquâ stagnante putrescunt
labor verò nocet nimiâ concussione et
attritione membroni; unde consultissima
ipsa in rebus mediocritas.

Theseus.

Grates habeo Deo pro tam
et familiari et profecuo discursu: tempg
iam monet, uti indultâ à Gubernatore licen=
=tiâ quare si berè habeat, sibiq; ipsi caveat
nè admisso aliquando ingrato hoc hospite
cum ludibrio dicat, Medice cura teipsum:
quo dicto desinrisu effusi tandē discessimus

A nobis mutuo, ille in suas ædes ego verò et Pirithous petentes Vrbi imminentia Castella

Promissâ, inspectaq; à Gubernatore Vrbis impertita licentiâ pervenientes ad primâ custodiam intromittebamur, nemine prorsus interrogante minus obsistente, quin ipse Gubernator venit nos humanissimè salutatũ, per interpretem nobis vespertinũ haustũ offerens; quo recusato suadebat, quatenus sine cura equos relinqueremus, cum illorũ usus iam nullus esse queat: quèis Ei commendatis conscendimus illonos post vestigia sequente ad alterũ usq; Castellũ quod unicum superest, imò præter hoc aliud non habebatur, eo tempore quo Friburgum devenit in manus Regis Galliæ: hic

Transmissimus Reditus

Nostris precibus tandem flexus ipse
descendit, nos verò magno conamine tandē
eluctabamur ad tertium et Supremum: ubi
rursum exhibit ā nostrā licentiā confestim
iubemur intrare stante milite utroq; latere
in armis: Ipse etiam Gubernator in limine
suarū ædium dabat nobis dexterā vir in
Gallicā comitate excultissimus. hic primo
cœpēre placere Galli, quos ante parum
officiosos experti: Et hi de communi tantū
plebe erant Excepto illo Vice Gubernatore
Brisacensi quem Normannū, adeòq; pari
politicum posteà comperi. Nostro ut huius
Gubernator desiderio per ōia gratificaretur,
in personā nos deducebat per singula propug-
=nacula, monstrans quoq; ipsā Cisternam,
quæ opus stupendum: Industriā enim
Gallorum per Chalybe duriores rupes

Excisâ deducitur ad fundũ æquũ prorsus
ipsi flumini, â quo derivatur latex attollit⁹
in altũ et Supremũ fastigiũ immensi prope
huius Montis; â quo si linea recta duceretur
ad usq; cuspidem Campanilis maioris
Ecclesiæ, ñ dubito, quin par utriq; foret
Summitas. Visis, quæ videre conceditur
Extraneo, ad magnã Animi voluptatem et
Stuporẽ prehendens meã manũ Dominus
Gubernator ñ tam ducit quam trahit civiliter
reluctantẽ in Suas ædes, et intimũ triclinium,
dives Alaj et pictaj, inter quæ primũ locũ
obtinebat Regia Effigies Subsipario
pendula, Cui præter vitã deesse nihil
videbatur, prout asseverabat ipse Dominus
Gubernator. Considere iussis in Subselliis
holoserico vestitis ipse novissimam Sedem

Occupans iubet Ephœbos infundere: porrigente
vno eorum supra argentea phiolam vitra vacua
ad unam partem cuius libere in pavimentum
hanc ejiciebam indignum reputans temerari
tam nobile mulsum, quale supponebam ignobili
hoc elemento, quare clam dicebam apud me

Numina confundis cum Bachū
diluis undis,
Impermixta colo, cum sine
fonte volo.

Adhæc ridebat Dñs Gubernator
dicens, bien, bien, un bon Allemand. Bene
bene è bonus Germanus: Quid agere oport-
=uisset, primo errore deprehendi, cum ipse
aquæ vinū superfundi imperaret, quod
solenne apud Gallos, qui tamen mos mihi

Haud sapiebat, cum insipicus inde reddat haustus. Et quia perrari hospites, gratiores utiq; inde, volebat sui gaudij D: Gubernator participē etiam D. suā Uxorem quæ accer= =sita primo aspectu insolitorū hospitum modicè consternabatur, nutu verò Mariti audacior cum corona ploüium comis admodū dabat manus, quas mox retrahebat callosas utiq; nostras abhorrens, quamvis vaccas nunquam mulserimus. delectabatur idiomate quod igno= =rabat, nostris moribus, qui supra gallicos erant sinceri, et quia loqui nobiscum non poterat, respondebat placido risu, quo contestabatur singulariter in acceptis se habere, quod suā juventutē donassemus aliquibus Iconibus: venia pariter petebat Dñs Gubernator, quod tempus ñ pateretur / Dies enim erat

Tramesinus Reditus

Sabbathi/ aliqua inservire merenda,
præter exigua hæc bellaria admanus nihil
esse, quæ prò nunc æqui bonique haberemq:
Nos econverso confusos sua liberalitate et
perfusos nos dicebamus nec unquam deme=
=rituros tantū in nos favorē; prò quo, alijsq;
præstitis postquam abundates agimus grates
rursum qua venimus, descendimus relictis
in inferiori Castello equis excepti. Nè quid visu
dignum nos præteriret, impulit curiositas
ipsam quoq; Ecclesiæ eminentiorē turrim
ascendere, dequa Viros pro pueris dispicie=
=bamus in Sublime elati, patuitsetq; Argenti=
=nense Campanile, si Cælū extitisset Serenū
,mira in eà elucet ars velinde potissimum,
quod tota sit transparens omni ex latere etiā
in ipso tecto pariter cum alijs quadris excisis,

Per quos sorinsecùs quot Annis semel
Scanditur adinungendū Versatilē Gallum
cupreū et deauratum, ut verisimilius futuras
prænotet tempestates ventorū cōflictu agitatq
Gradatim descendentes rursum humo excepti
non iam ad tabernā sed Monasterium
Gindistabulū Ordinis Cisterciensis vulgo
Gindestal dictum quod valde ergà extraneos
beneficū intelleximus, iter carpebamus
parcitum Sumptibus, quos, quantū fieri
poterat absq; detrimento nostri respectū,
refugiebat tenuitas iam fere exhausti
nostri marsupij. Omnis hīc nobis exhibita
à D: Abbatissa humanitas muliere digna
præsse Amplissimo Conventui, quam
postea cum ingenti dolore audivi extinctā
veneno quod ei dedit medicina in mortario

A puero non exacte purgato contusa: commodavit
quoq; equos remissis prioribus in Civitatem usq;
ad Vallem Lacis vulgo Triden Veiler eiusdē
Ordinis Monialiū Asceteriū. Vixiter
ingressos excepit primo humidus ab Aquilone
Boreas, ā quo dein nubes turbatæ et in pluvias
resolutæ tam liberaliter in nostra latera impe-
=gēre, ut aqua nō modo in intimos vestium
penetrāvit recessus, sed propè ipsam cutem
tinctis tantoperè coreaceis nostris caligis
ut Sine nigā aut plica nobis adhærescerent:
panum. Solabatur nos Paradisus, cum ex hoc
mitteremur in infernū, qui aliquamdiu alios
iam impatientes detinuit; videbamur nobis
si non inferni at certè Polipheni antrum
ingressi, nec credebamus inde omnes nos
exituros ad omne equi vestigiū minante
instabili Silice, qui perfrequens erat lapsū

Et ex hoc cruciatu, utrumq; tamen avertere
Superi incolumes ad præfatum Soleiamoccidu,
Monasterium nos comitantes, quorū utriq;
instinctu et hīc quid quid officiorū poteramus
desiderare, certatim impendebatur loco ipso
utcunq; egestate laborante. Supra humanū
quid spirare mihi visa est et Incolarū humi-
=litas et disciplinæ Regularis rigor, quod viris
exemplo ad magnā confusionē esse possunt.
Quam utiq; vitæ integritatē respexit Deus
in ultimo bello Gallico, dum abirruptione
prodigiosè intactam servavit hanc domum,
quod ita accidisse mihi narratum. E vicino Vallis
pago Neostadiensi semovens hostilis exer- pacis
=citus castra metabat haud procul à Monast- miraculosè
=erio, equibus aliquot manipuli egressi spe Servatā
prædæ illecti recta tendebat ad istum locum à Gallorū
irruptione

Tramesi^mus Reditus

Quoutpotè ab omnibus derelicto facile
fuissent potiti; Ni calum provillo pugnasset:
hostiquippe visum, quasi totus collustraretur
facibus, perstreperent Buccinæ, pulsarent
Tijmpana, nec ñ fulminarent maiores tubæ
bellicæ; unde territus revocavit pedem nullo
prorsus illato damno nec tunc nec etiam
deinceps. Hinc, omni perfruiti beneficendo
recedentes iter instituebamus versus Monast=
=erii S: Blasij; quò priusquam perveniremg
multùm molestiarū devorandū offerebat
Viæ aspe= =eritas ad ipsa viarum iniquitas iam in Montium
Monaste= cacumina surgentium, mox iterum defluen=
=rii S: =tium in profunda Vallium, ut adeo quantum
Blasij fatigationis habuimus in annisu ad superna
tantū caperemus formidinis descendendo
ad inferna. Solamen erat incerto pedè

Bacillus, quo incultâ scopulosamque Semi=
=tam pervestigabamus et tunc primo vestigiũ
figebamus cauti: sed quo in curâ nimiâ
plerumq; fit, tramitis semel amissi error
per devia et avia vagos distrahebat: Super
hæc accessit omnibus gravior malis, Sylvæ
nimi Hercinicæ obscura Solitudo, ut adeo tot
incommodorũ coniuratione anci pites hærere=
=mus quid vel agendũ vel omittendum
potuisset; haud tamen placebat vel unam
transigere noctem in nemore feris infesto;
quare mutuo animantes nosmetipsos resump=
=tis viribus postremũ etiam transcendimus
Montem, unde prospectus ferebatur in
depressã Vallem quam speciosã, præter
inclytum hoc Benedictinũ faciebat Asceterii
utpotè nudam arvis, vinetis, et plantis quibus=
=cunq; fructiferis, quarũ admiliare vix una

Monast: =erium S: Blasij in sylva Hercijnia

Ostendenda: Inastensotandē pedē adterā depositi proceedimus ad Atriū Monasterij, in quo nos Magister hospitū salutatos continuo recreabat largissimohaustu, profusiorēaiebat, datura cœnam; modicā haberemus patien: =tiam: nec promissis fefellit; illius quippe tantus erat apparatus, ut convivam ipse viri ferculorumq; selectus meritotorqueret mensa nontam ornante quàm onerante integro, tum Sijlvestriū animaliū grege, quàm struè Volucrum suis quamq; distinguentibus exordijs: nè verò varia formari superhâcre posset iudicia, prudenter præoccupabat Rev:mus Dns Abbas dicens: ri consuetudinj n necessitati, sed honori tam gratorum hospitum deberi tantarū pretiū Epularū: quēis sublatis succedebant bellaria integras

ē

Saccaro pijramides præsentantia magis
in pabulum oculis quam ori Servientes. Et
quia optimũ mensæ condementũ Musica,
nec hanc deêsse voluit; Cuius proin iussu
mox Apollo Citharũ, Clio et Thalia anim=
=abãt fides, Euterpe verò suavidemul=
=cebat aures concentu, convertit tamen
potissimũ in se oculos et animos omnium
Apollinis artificiosa manus, quæ fulmine
ocijor articulorũ velocitate per iucundos
errores modos repetitos celeriter impulsus
glomerabat in vnum, iam saltim sursum
mox in imum delapsa per morosos tactus
gravi murmure in nihil quiescebat, confestim
iterũ subitaneâ saltatione procurrens insub=
limè ibiq; tremulâ circumgijratione tam
suavẽ edebat tinnitum, ut parũ abfuerit,
quin in Saxa stupentes converteret.

Citharœdi artificiosa Manus.

Pirithous.

Sit Fabula quod Orpheus Suã Lijra Sijlvas et Saxa moverit fluviorũ cursum prohibuerit, ferasq; mitiores reddiderit, fabula tamen nõ est, Sed verũ experimentũ in Erico 2do Daniæ Rege, qui testari põst quanta sit vis Citharæ: Factum hisce enarrat Saxo Gramaticus.

Citharæ vis mira ad exemplo Regis Crici.

Erat quondam quĩdã Citharœdus haud ignobilis utpotè quem stupenda Ars reddebat celebrẽ vel inde potissimũ, quod ea in humanos Sensus, mentesq; obtineret imperiũ. Rex horũ novitate perculsus quod tantam vim Musicæ inesse posse nõ crederet, confestim iubet hominẽ Suæ Artis Specimen

Ebere et torpentes Animos, si valeret, ad furorē Martiū accendere. Annuit ille, et nè qua nocendi ansa daret, imperat arma omnia ex Aulā efferri, custodesq; in Atrio collocari, quo furentes, si qui fortè in insaniā agitarent, compescerent. Dictū, factum; Tunc ille, quā plurimū pollebat ludendi peritiā primum quidem inusitatæ severitatis concentum edidit, quo stupore quodam et mœrore omnium quotquot aderant Auditorū mentes cernebantur oppressæ: deindè adeò süeves et mellitos cantus effudit, ut toti iactatione corporis intempe= =rantē proderent lætitiā: tandē verò ubi acrioribus modulis intonare cœpit, continuo totis tectis fremore tumultuari, arma et gladios inclamare; nec mora, accurrunt Custodes, ut Regē cum alijs furentem

Continerent, Sedille extractis Atrij foribus arrepto ense quatuor transfodit, ut et Actus in rabiem taurus, totis debacchatur ædibus. vix tandem pulvinariū et lectulorum mole undiq; oppressus continere potuit.

Thesevs.

Memini me legisse ob eandē rām motos antiques Getas, ut cum Citharis legationes de pace et concordiā sui oratores obirent, ratos, potentius ñ dari instrumentū tum ad hominū captivandos Animos, tum ad belluarū Sensus mitigandos: Sic etiam Jovis Aquila apud Pindarū ubi Apollinis Citharā audivit, prædarū et sluminis oblita iam corruentibus oculis mergebat in Soporē, imò sulmen ipsū hāc illecebrā

Delinitū considente paulatim flammarū
ardore languescebat.

Hæc inter nos dum conferimus, surgitz ā
mensā, iubeturq; C. Prior amplius nobis
inservire ā Rev: D: Abbate Virotutforma
Sic et prudentiā spectatissimo: quoabscedente
more Sē dictus Pater nobis iungebat provo-
cans ad novos haustus, cui impigrè ambo
respondebamus, et quia nunquam magis quā
in multo Vino nuda pectora, sic etiam abditissima
proeducebantur: quare inquirentibus nobis
præsentē tam inclijti Monasterij huius
Statum, eum candidè in longū aperiebat,
Dictorū præcipua hæc erant. Scire diebat,
oportet, Nos nec Generalē, nec Visitatorē
ullū agnoscere, nec etiam incorporatos
Congregationi alicui Benedictinæ ut

S
Monniū
S: Blasij
caret
Generali
et Visitatore

Suis Concordatis conformiter vivit et Abbas et Conventus.

Alia Monasteria ôia, Sed loco horũ Abbas et Conventus pauxêre quædam Concordata, in quæ iurant, neutriq; parti contravenire licet: Ad apicẽ observantur: Contra quæ si Dns Abbas vel minimũ quid statuat, ã Patribus Senioribus monetur Concordatorũ et acquiescere debet: Si ã Conventu in ea peccetur, procedit ursus iuxta Illorum tenorem, et sic in optima pace, in observantia S: Regulæ, in debita Submissione et fraterna concordiã vivitur, partiturq; in utilibus Sumptibꝰ, et cavetur omni deordinationi quam sæpe Visitationes magis inferunt, quam tollunt.

Placuit Discursus, appetentior tamen Somni dimissionẽ urgeo quod fatigatis quies foret perneccessaria, sinè quã demane minus essemus expediti ad Surgendũ, cum

Tamen maturè reassumere iter petant.
angustiæ temporis nobis ad hanc peregrinatio-
=nem gratiosè indulti. Dimissi mox in dor=
=miebamus Vix rubicantibus radijs Aurora
Stertentē salutavit cum ultrò experrectis
prosilio destrato hortans Pirithoū, ut idem
faceret, is verò immitem me inclamare quod
nec dum libatas benè somni delitias invidere,
unde voluto corpore calentibus plumis altius
plumbo ponderosius caput immergebat.
ingeminebam è contra ego, grandem nobis
restare Viam Illaristellā usq, quæ nisi mature
prematur, eo/quod tamen necessariū/hac die
haud perventuros: necessitati proin magis,
quam privatæ commoditati consultū vellet,
et quia hortamentis nullā concedebam ei
quietem, tandē fricatis oculis, pigrisq, in
morē pandiculatus aliquandiu et ipse chamū

Lectum deserebat, vestitusq; vnà descendit,
etsi id fieret suspenso pede fallere tamen nõ
potuimus vigilantiã Rev:mi D: Abbatis qui
ad imum gradũ nos exspectans, precabatur
nobis faustã lucem, et cognito animũ in pros-
=ectionẽ prorsus obfirmatũ nec imutandum
ullã ratione, iubet Se sequi in Suũ Cubile:
introductis ostendit recens ex Augusta
Vindelicorum per rhedã advectum laminis
argenteis obductũ Antipendium, quod liberali
donatione Patrocinio B. V: Mariæ in
Dotmos quod ad Suũ Monasteriũ pertinet,
destinasset Anno 1673. Dux Lothvingiæ
et hoc ex ea occasione: Cum enim prætacto
Anno Mareschallus Monseigr de Crequi
Reinfeldam Civitatẽ Domũs Austriacæ
pleno exercitu obsideret eis Rhenum,

Volò dicere, in territorio Cæsareo, nihilq; omitteret eorum, quèis ad deditionē vrgeret: hanc ad Solvendā Supremus tunc temporis Cæsareæ Militiæ Dux, et pariter Lothari= =ngiæ constavit exercitu, cui traijciendo quia alia nō patebat via quàm per Saltus Sijlvæ Hercijniæ, in his à cumplurimū subesset periculi eluctandi militi; quatenus succesſus caederet auspicatò, Voto ergò Deiparam Virginē se obstrinxit, bis mille thaleros applicaturū, quid accidit? Monseir Crequi incipiebat male se habere penes victualia, ei deficiebat Animus, instabat à tergo velut altera Cadmea proles è Sijlvā præter omnē exspectationē prodiens hostilis exercitus: Supervenium insuper Legati Helvetici à cœpto ipsū dehortantes, imò minitantes.

Votum Ducis lotharingiæ dū à Gallis obsidebat Rheinfeldā

Transmissus Reditus

Repulsa, si perduraret: et licet ipsum non
lateret loci Commendante Sauciu lecto
decumbere, Dñ scilicet Winckler, quia
tamen intellexerat in eius vices, vel potius
ad manus Suffectos esse DD: Maiorem
Starembergium et Coronellu Mercy, civesq;
Vnanimes sub horu auspicijs adultimum
Sanguinis se tuituros; quo Julij recessit
Soluta obsidione et desideratis plus quam
ter millenis Militibus. Quare et quia Suus
exercitus feliciter præfatā Sylvā superavit,
et n exspectato Sub adventu omnis hostis
evanuit; memor facti Voti legavit quod
promiserat: quia verò Legatu n Sufficerat
ad præsens opus, aliquot argenti marcas
adiecit. Vnde in perpetuā rei memoriam
omni admiratione digna hæc fabrica è

Furno emanavit, imò ñ emanavit, sed excussa est, etquidē tam solerti artificio, ut tubarū pili in equis distinctè cerni, uti ipse videt, possint.

Siunqua, certè hic opus laudat Artificē, cuius hæc erat distributio: Superne in nubibus loci et Monrij S. Blasij Patronis Circumdata eminebat Icon B. Virginis in eā figurā et formā, quā veneratiōni prostat in Dolmos. Infra eam conspicuū se præbet Præfatus Dux manu dextrā tenens pileū, levā verò loras equi, vultuq; ad Beatā Virginē elevato vòtū emittens. ā postico repræsentatur Silva Hijrcijnia et

Anotem=atis descriptiop

Ex hac emergens exercitus, ā fronte ipsa
Rheinfelda iam iam obsessa cum Rheno
interfluente: circumstabat quoq; turba emen-
=tium et vendentiū, omnia ad vivum.
Diutius nos detinuisset tam insolitum
Spectaculū, ni instans proficiscendi
necessitas nos avocasset: Quare humillimis
actis gratijs Rev:mo D: Præsuli pro
excessu in nos contestati affectus, aucti
insuper varijs donarijs benedictione
Die 2da Septbris: accepta proficiscimur, monte sat alto
conscenso excipimur rursū Silvā Hercī-
=niā quæ aliquamdiu nos distinebat, quæ
mihi ansam præbuit quærendi de Eius
Althymologiā, quoniā haud quiescebat
animus, rem aliquā cognoscere Solùm in
cortice, sed et in ipsas fibras penetrare

Nunquam non latagebat, Quæstionem itaq; istam paucis hisce resolvebat.

Pirithous.

Hercynia Sylva,

passim meminêre Scriptores, sed nemo melius ipso Cæsare. Hâc ætate varia Ejus efferuntz nomina, ab Helvetis enim vocatz Wart Wald, ab alijs Sylva Othonis inibi venari soliti: ab aliquibus Thuringica et Bohemica: apud Solos Cheruscas constanter hactenus audijt Hartz Wald, ita dictam volentes à Resina, quod vocabulu in germanico sonat Hartz: Quid quid sit de Ethijmo, certum est, quod iam à tempore immemoriali decantata fuerit ab antiquis Poetis, cuius meminit Claud:

Hercynia Sylvæ
Sylvæ
æthÿmon.

——— Sublimis in Arcton.

Prominet Hercijnię confinis Rhetia
Sijlvæ.
Quæ se Danubij iactat Rheniq; parentem.

Theseus.

Danubij verior Origo.

NON capio, quomodò Claudianus velit Rhætiam confine Hercijnię Sijlvæ, parentemq; Rheni et Danubij, cum inter Rhetiã et fontem Danubij medi et Helvetiã et Turgoviã. Confinẽ verò fontem Danubij Sijlvæ Hercijnię oculatus sum testis quem velut Anno 1696. mense Junio eius videndi cupido traxit usq; in pagũ Doneschingen; ibi prope ædes Comitis Fürstenbergij Cum

Ebullire communis est credulorū persuasio,
cum econtrà sentiat D. Aulæ Præfectus,
horā aut propè milliari abinde loco Sylvæ
dictæ viciniore tenuiter scaturire, mursū
absorberi, et per subterraneos meatus
devehi in præsentē alveū, ubi quia auberiore
latice per venas erumpit, hinc creditur hic
ñ ibi originativè oriri. Suā opinionē Præ=
=fectus sic confirmabat: dicebat quippè
ā se observatū et etiam abalijs, ut quoties
in Superiore fonte aqua mutat colorem,
eundem et in hoc alveo apparere, quod fieri
ñ potest, ni illa huc derivetur. Instabam ego,
Cum effluxus illius sit ita tenuis ut nullo
negotio transiliat, etiam ā puero, excrescat
verò in fluvium extra pagū per accessū
torrentūm Brig et Breg, currñ potius ex

Horū uno nomen trahit: reponebat ille: et hos torrentes binos / quorū ille Villingæ, hic vero propè Dorach / resultat, nullū dare nomen, quod et ipsi aliam ferè undam habeant, præter=quā confluentes varij fontes eis tribuunt. his aliisq; discursibus iter et tempus fallentes vicinj fuimus cuidā Civitati ad meridiē et ad meridianas preces compulsantibus Campanis. Ergò quærebam ā Pirithoo, quod nomen Urbis.

Pirithous.

Nominat Walshuoth.

Theseus.

Et Vnde?

Pirithous.

Inde quo olim set Sylvæ Hercynia Custodia, cuius littus allambit Rhenus. Contemptim olim habebatur, cum non nisi pro casa quasi aliquo umbraculo deserviret Venatoribus Imperatorū; primo Anno 1240 Civitatis accepit à Comite Alberto Habspurgico magnis multisq; privilegijs, immunitatibq donatum: ab Helvetis Anno 1460. obsidebatur sed nullo successu: quod nō potuere Helveti Anno 1492, valuēre flammæ totam Urbē propè depascentes, restauratā posteā Anno 1638, Suæ ditioni subdidit Bernardus Dux Weinmariensis, de

Waldstud ä quo fundatū

Cuius pervenit ad Sēris^ma Domum
Austriacā, sub cuius dulci Jugo hodiè dum
Suaviter spirat et quiescit. placuit hīc
prandio fractas ñ nihil refocillare vires,
quod quia redolebat ollas patrias, eo gratius
Sapidiusq' nobis cadebat.

Inde Profecti, pervenimus ad confluentiā,
ubi necesse erat navi trajicere, transpositi
ad littus venerabundi id deosculabamur quod
concessū esset peregrinantibus, Salvo incolumiq'
pede rursum Helveticum territoriū contingere,
ā quo decem dies abfuissemq, quod nobis per
longum visum. Subsistebamus hīc aliquantulū
delectati spectaculo tot fluminū præcipiti
cursu capita sua in Sinū Rheni immergentiū:
confluere quippe solent Arola, Rusa, Limagus
quos dēs ut devotas proles pia Mater Rhenus

Complectitur, et in cordis penetralia
admittit, nec Orbi amplius ostendit, Et
quia hic fluvius inter magis famosos Europæ
recensetur: hinc ortum et occasū illiga pervii
ā Pirithoo flagitabam, qui ut in alijs scientiā
his petitis lubens annuit ita dissevens ex
aliorū opinione: priustamen exponi mihi
volebam, quæ Urbs esset Badena,

Pirithous,

Bada est Oppidum
Ad Limagu fluvium,
cuius meminit Tacitus appellans eam
locum in modum Municipij extructum
amœno aquarū Salubriūm vsu frequente.
Ipso Authore Romani Castellū præsidio

Bada
Seu Bade=
=na
Argoiæ
quomodo
cum alijs
locis temp:
=ore C.

Transmissus Reditus

Constantij Helvetis à Sigismundo Imperatore fuerit oppignora=tas,

Munierunt, etenim montes eoloco coeuntes
penè in unā Regionē claudunt; Comites sui
nominis Bada olim habuit, quorum familiā
extinctā Succesſēre Habspurgij, quitum hunc
Comitatū, tum etiam multa alia Domui
Austriacæ coniunxēre. ab Austriacis ad
Helvetios transijt Bada tempore C. Const=
=antiensis, quod ita evenit. Fridericus
Austrius abduxit è Consilio Jon: 23. Papa,
Eumq; tuebatur invito Imperatore et Concilio:
hinc huius Decreto Communione Ecclesiæ
privatus est: Insuper ab Imperatore proscri=
=ptus et Bona ipsius publicata. Indixēre
Ei Bellum Imperator ipse Sigismundus
Princeps Bavarus et alij. jussi sunt etiā
Helveti adversus ipsū arma capescere, tam
ab Imperatore quam Concilio excusārunt

Verò Se, quòd Salvo honore sui Nominis
id facere ñ possent ob pacem, quã adquin=
=quaginta Annos cum Domo Austriacã
recens inijssent, tabulis signatis atque
iuramento roborassent.

Ad hæc replicarunt Patres Consilij,
Fridericũ esse denuntiatũ hostẽ Ecclesiæ
excommunicatũ .. quare piè rectèq; Ipsos
facturos, si cum Cæsareis sua etiam conci=
=lient arma utpote juramento ultrò nullius
roboris extante: Huius decreti tabulas Imp=
=erator Helvetijs transmittit, ac denuo bellũ
Friderico inferre iubet, simul etiamquæcunq;
olim ab Austriacis oppignorata illis fuêre,
eorum iis Imperio vindicans; promittit
insuper se nullã pacẽ cum Eo facturum,

Trames 1mus Recitus

Antequam Helvetij pristinæ pacivesti=
=tuantz. Rationibus his persuasi Maiores
Nostri arma Sumpsĕre, Sedquia Imperatoris
et Romani Imperij nomine bellum gerendū
erat, petunt ab Imperatore stipendium,
neq; enim æquum esse, ut ipsi sumptus
faciant et præmia Victoriæ aliis videant,
opes quoq; suas tantas ñ esse, ut magnos
Sumptus ferendo Sint. Erat hæc postulatio
ñ iniqua ipsius Imperatoris iudicio, attamen,
quia pecunijs exhaustus erat, concessit
Helvetijs, ut quæcunq; bona Austriorū
vel ante possederint, vel hoc bello occuparint
Imperij nomine possideant, donec pro
Sumptibus et stipendijs belli illis satis=
=factum fuerit. Tigurinos quoq; Imperator

Peculiaribus litteris ad Bellū exhortatus
est, et illis agrum trans Albiū montem, qui
liberæ provinciæ nomen habet, antè ab
Austriacis possessū in perpetuū feudū
concessit. Itaq; Tigurini Anno 1415.
in medio Aprili instructo Exercitu Mellingā
Bremgartū obsident et occupant; Lucerna=
=tes Surlacum, Bernates Zofingā, Arburgū,
Aroviū, Lenzburgū, et Brugas Oppida.
Verum Tigurinis captis oppidis quæ dixi
Badam obsederunt, unde sæpè Helvetiorū
et præsertim Tigurinorū antè fuerunt
fines infestati: Urbs citò se dedidit, non
itidem Arx, quæ étiā illā iam captā
acriter se tuebatur, tandem et hæc expug=
=nata.

Cæterum cum in Hispaniā profecturus
eſſet Imperator ad Petrū de Lunā, qui et
Benedictus. XI. appellatus, Pontificem
evocandum, et ærario aſsiduis ſumptibus
tum Concilij, tum bellicis exhausto pecunijs
egeret: Tigurinis oppignoravit Badam,
Brengartum, Mellingā, Surlacū oppida
cum ſuo agro:

Similiter Bernatibus capta ab ipsis loca
certo auri pondere oppignoravit, quæ
nostrā adhuc ætate obtinent; Tigurini
verò proximo Anno in huius oppignora-
=tionis participatione quinq; Helvetiorū
Pagos, Lucernā, Suitiam, Under Waldiā
et Glaronā admisēre. Uraniani existim-
=antes horum oppidorū possessione Paci

Cum Austriaco factœ adversarij initio
noluêre pignoris huius participes esse: sed
cum audissent aliorũ rationes, quise etiam
pacis servandæ studiosos asserebant, bellũ
verò præsens. Susceptũ ãse iussu et imperio
Concilij atq; Imperatoris, et exhorũ volun-
-tate hæc nunc militiæ stipendia et belli
præmia possidere, et eadem ab Imperatore,
penes quem Suma potestas sit, fiduciori
iure accepisse non exiguã auri vi persolutã;
his inquam, aliisq; rationibus auditis, ipsi
etiam manibꝰ pedibusq; currebant in huius
oppignorationis participationẽ. Et
hãc occasione Bãda pervenit ad Helvetios.

Interim dies occasui, et nos Maristellæ
appropinquamus, ubi præter portas aperta

Quoq; reperimus pectora Incolarum,
quorum Complexibus quamvis arctissime,
constringeremus, tam validi tamen non
fuêre hij Charitatis stimuli, quin postea
lux eos ruperit et ad Patrios lares comitate
primæ nostræ profectioni Fœlicem
imposuerit Coronidem.

Theseus.

Promisera Ante, quid referri
de Rheni Origine, edicito breviter unde
is oriatur. Pirithous.

Rheni Origo. Rhenus est nobilis Fluvius ex
Rhæticis Alpibus oriens, Belgas à
Germanis dividit, et multis amnibus

Auctus in oceanū Septentrionalem
hodie tribus Ostijs defertur cum olim
tantū duobus influeret, ut patet ex Virgilij
lib: octavo Rhenusq; bicornis.

Finis Primi
Tramitis.

Trames 2dus Ducens Ex Helvetia in Sueviam Anno Domini 1688. Mense Julio.

Ex Helvetia Donat Verdam. 146.

Theseus.

Insitum esse Omnium Mortalium Animis Semen quod dam nova Sciendi ut nemo sibi Suo calculo approbat, nisi ex hoc se semibovemq; Virum profiteatz; Sic et in sicias nullus ibit fidin pulcherrimos fructus virtute Experientiæ excrescere, cui notum fuerit illud Mart: Li: 1.

Per varios usus Artem Experientia fecit.

Quis enim tanta fide tribuat mira vetterenti ex libris, quanta

Horum oculato testi.s ex Aristotile quippè
visus et Auditus sunt instrumenta Scienᵈi:
per eos sensus subtiliora verū indola, facilesq;
ad discendū viæ inquirenti animo subijciunt
et discuntur multa, quæ nulla disciplinā nullo
doctore unquam potuissent perdisci. Qui
audita tantum refert, sæpe fallit falsus ipse
primus, dicti sit talis memor Thaletis, qui
cum interrogaretz, quantum verī abesset â
falsò, respondisse fertur, quantū ab auribus
distarent oculi; quasi dicat; Verumq;
mentiri qui audita solū et non visa enarraret,
nec illorū utiorum par est vis: sicut Nautragia
ab alijs audita moverit quidē adpiū compas-
-sionis sensū, sed admodū leniter, fortiùs
verò de littore conspecta: ita pariter ex
Quintil: Quintiliano, facillime hoes ad consentiendū
l.3. C: 8. ducuntur ipsis experimentis: qui vinū nunquā

Libavit, et tamen plurima de eius virtutibꝫ
et Effectibus blaterat, communiter dicitꝫ de Eo
ipsum loqui quemadmodū Cæcus de Colore,
factus ludibriū cunctis audientibus. Vix
superiori Anno limina Galliæ salutavi redux
in Patriam quasi alter Hercules suspiciebar,
aut ut novus adorabar Columbus; nec inclanu=
=issem unquam tantopere, si domi hæsissem:
molestijs ñ caruit, fateor, ea peregrinatio, quæ
tamen impares, si ipsas contulero cum cōmodo,
quod indè traxi: Cuius memoria denovo imp=
=ellit Animū ad ulteriora experienda: quid
ergò Pirithoe Consilij quā eundi suades?

Pirithous.

Communi effertur Philosoph=
=orū
Axiomate Contraria contrarijs è
Regione opposita magis elucescere:

Exploravimus ñ nihil Gallorū geniumet
Mores: consultū iam censeo Germanorum
pariter periclitari; Sicut enim illorū gracilis
et levis, sic econtrà horū gravis et ponderosg,
nec fovas prorumpit ante, quā omnē partē
agenda versavit. Et quia Batvijs limitibus
contigua Suevia abundè hæc porrigetquod
desideramus.

Theseus.

Quæ hæc Regio et qui eig populi?

Pirithous.

Suevia ex una ñ Helvetis, ex altera
vero extremitate Bavaris finitima, Gentē
habet validā et bellicosissimā. in usu fuit
apud incolas obliquare crines, nodoq obstringe-
=re

Suevia Gens vali=da et Bellicosa:

Ex Helvetia Donavi Verdam 150.

Deque Lucanus. Lucanus l: 10.

Fundat ab extremo flavos
Aquilone Suevos.

Principibus defluebat longior ornatiorq;
capillus quam plebeis. Modernotempore
quis qualisq; eorū genius Magister Usus
docebit: placeat Solum peragrare Regionē
et res plene constabit peregrinatione ut
spero, nunquam pœnitendā.

Theseus.

Nec vel semel me pœnituit tuo
consulto Religionis postposito acquievisse;
et Sicut inde me arctissime tibi devinctum
agnosco, et sic tuo me obsequio totū consecro
Semperq; consecratū volo: Summa proin

Meorum est Votorum, ut quæolim inter
Castorē et Pollucē, Achillē et Patroclum,
Orestum, et Pyladem viguit mutua neces=
=itudo, eadem nostros indissolubili nexu
coniungat Animos: Si tibi ut mihi cordi sunt
Sacra huius Amicitiæ, fœdera, haud pigebit
in illa jurare. Jura ergò et ego iurabo.

Pirithous.

Per Sacratissima Junonis
Sandalia iuro, nullo unquā tempore
ni presse observaturū Vestigia Domini
Mei Thesei, Socius futurus tam in ludicris
quam Seriis, prosperis quā adversis; nec
quid nisi Illors ab eo Unquam me Separabit

Theseus

Saviter et Ego Juro per
Tripodem Jovis, præter Pirithoum in
Scinium mei pectoris nullu admissurum,
nec passurū, ut præter Mortē quicunq;
Casus quamvis infestissimus rumpat,
Sacræ nostræ Amicitiæ fœdera.

Pirithous Fiat. Theseg
Fiat.

Protectio Vnica
& Domo Donauerdam.

Posteaquam inter nos Conventū erat Genium quoq; Germanicum explorare et Mores in præliminari Suevia, Illense Julio Anni præ tacti itineri nos dedimus; vix Milliare confecimus, prodibat in conspectum rupeum quoddam propugnaculum non nihil super Oppidū sibi subiectum eminens, quod mihi ornatius quam forte visum, nè tamen errarem, iudiciū Phirithoi superid requirebā et nomen: ad quod suo more ille præstito

Pirithous.

Castrum quod prae oculis habetur, vocatq; Arburgu
Arburgum à quo et ab allabente Arolâ
flumine Civitas trahit nomen; pertinet
ad DD: Bernates, qui paucis abhinc annis
id hîc extulerunt scilicet post pugnã et perpes=
=sam Suae Reipublicae dedecus stragemquã
Vilmergae à Lucernatibus accepêre: Clausũ
undiq; ut appareat, montibus et quidem nõ suis,
positum in ostentum potius quàm munimen
Suae Superstitiosae Religionis, aut, ut alij, non
imprudenter discurrunt, in receptaculum et
Asylum Praedonũ, dum vicinia placet
excursionibus infestare. Transitus alius non
dabatur nisi per ipsũ oppidum, quod ita exiguũ

propug=
=naculũ
Bernense

Vt inferior et Superior porta prope se
contingant. Vltra iactū vnum alterumq;
lapidis ñ processimus, cum vngulæ equorum
ovios Silices conterentes ätergo personarent
prior ego respiciens quendam Regularem
cum Suo equario intueor presse nostra legentē
vestigia; unde ad Dirithoū, Enquis Sequitꝫ:
at ille, Est D: Abbas de S: Vrbano: hæc eo
dicente appropiat ipse, utrumq; phumaniter
Salutans, quærensq; quo iter haberemus:
intellecto nostræ profectionis intento, par
Sibi esse aiebat: pergratū Sibi fore, Si
Comites esse vellemus: Observantia et
honoris ergò tergiversantes compulit facilè
in Suā Sententiam deinceps cōmunem
Secum habituros et mensā et diversorium.
Et hāc ratione dicebat, consultū iri nostro

Peculio, cum tantæ non faciendæ expensæ
quantæ fierent, si seorsim quisq; convivaret.
Auctiore iam Comitatu et lætiori fallebamq
tempus et iter Sic cursim variis discursibus,
ut non prius adverterimus Civitatem ab
Inquilinis dictam Altam, quam cum ab
excubijs interrogaremur Quibus essemus ab
Oris? ad hanc vocē quasi experrectus
simul et attonitus, Pirithoe? clamabam,
ubi locorū sumus?

Pirithous.
In oppido Altano.
Theseus.
Quodnam hoc Oppidum
est? Est Solodorana Ditionis crepidinj

Avolæ, uti videt, adhærens, parvum quidem, at valde opportunè adeuntibus, exeuntibusq; Regna extera ac Provincias, utbenè mereaq; nominari Porta et via regia Itinerantium.

Pirithous.

Alta Civitas Solodorana olim varios sustinuit Dominos.

Theseus.

Num Semper habuit Rempublicam Solodoranam pro Regente?

Pirithous.

Minime. Nam pro vicissit=
=udine Status et temporum varios sustinuit
Dominos: Inter hos primi erant Comites
de Froburg: Nb abistis vendebatur: horum
familia extincta Anno 1365 pervenit
ad Canonicos Basileenses: Nb Anno 1426
Cantoni Solodorano, a quo evoluto sexennio
novum semper recipit Prætore, q nomine
Reipublicæ Orbi præsidet. Et quia dies iam
vergebat ad meridiē, Oppidū ingressi nos
duo vicinā quoq petebamus tabernam in
eā captum prandii; Sedenim Rev: Dns
Abbas nos revocans instabat rogans, quateng
apud Suū Avunculū, qui tunc temporis inibi
Prætorē agebat, secum diverteremus:

Lubentes refleximus equos, exceptiã Dño officiosissimè omnes Viro sanè õi præconio digno, velut qui politiam Gallicã candore Helvetico optimè noverat temperare. Is comitatus est dictum suũ Cognatũ honoris et reverentiæ ergò usq; in Turgoviam cuius præsentia omnibꝰ pergrata erat nobis duobꝰ specialiter, quod nullã signbola exegisset.

Arovii oppidũ Bernense

Sub Vesperã venimus Arovium oppidum Bernense, ubi subtecto recepit nos Leo: eò minus formidandus, quod esset ligneus, et licet ligneus, liberaliter tamen pascit, vepasciq; liberalius petit ã peregrinantibus, quibus non gratis sua ubera porrigit etsi virilia, carò satis suguntur; obesum ñ sustinerent pedũ fulcra, si non Bos mediam ei diviperet prædam: Utrobiq; hospiti nihil deerit, si

Fuerit pecuniosus pauperi et egeno
benignū Sijdus hic nullu fulget. Ceteroquin
ipsa Civitas quamvis non ampla, aedibus
tamen nitida et inde per Helvetiā famosa,
quod frequenter Cantones ac Catholici in
privatis Suis negotijs Comitia celebrare in
eā soleant; ab eā pons superiectus transitū
praebet Super Arola in Territorii Solodorani,

Theseus.

Avius fluminis crebro iam
incidit mentio, edicito, si novisti Lirithoe,
Cius Originē et Decursum.

Lirithous.

Arola ex ijsdem Montibus erumpit — Arolae fons et
exquibus fluvius Rhodanus, quae per lacum — Cursus

Haslensem et Thunensē labens, defertur Bernā, quam totam penè concludit, posteā alluit Solodorum, cursu longissimo deinde confecto et Rusa atq; Limago sibi Sociatis tandem Rheno miscet.

Lenzburgum Arx

Sequens dies deposuit nos tempore meridiano in Oppido Lenzburg nomen trahente ā Supereminente Arce, in qua residet Praefectus Bernensis, et hæc longè positos Viatores et oppidū Sæpe adimpatientiā ludit, dum eminus Bernense, conspecta mendaci fugā recedere putatur, quo vicinior ei quis fieri sibi videt. Erat quondam Sedes quā pietate in Deum, quā et devotione erga Sacrā Catholicā Religionē Friclijti Comitis Beronis primi fundatoris ditissimi Canonicatus S. Michaelis in

Berona Canonicaly in Argovia

Argoviã, vulgò Mũnster nuncupati, qui
tamen quantũ ad corpus miserè perijt in
Venatione, dum Socijs alio dilapsis Solus cũ
ingenti Apro aut melius Leone luctatus
aliquamdiu ancipiti Marte, tandem ambo
concidere uterq; Victor et victus existens;
quorũ funera in modum Crucis Superiniecta
posteà ã redeuntibus Aulicis cum Summo
Animi mœrore reperta, illius honorificè
tumulatum in Ecclesiã ã Se conditã, quæ ab
ipsius nomine hodie dum Beronensis audit
Scribiturq; communiter Berona. Ad milliare
ñ integrũ progressi prodiit videmus denuò
aliquã Civitatem totam in plano positam,
nullo; Castro munitam. Hîc ego ad Pirithoũ,
quod nomen huic Oppido?

Pirithous.

Mellinga Civitas Catholica quomodo pervenit ad Helvetos

Vocatur Mellinga sita ad fluvium Rusam, ambitu exigua, Cantoni tamen Lucernensi adeo modum proxima, cui hæc vnica Obex interpositus, quo potentiores duo Acatholici Cantones Tigurinus scilicet et Bernensis prohibentur consociare adversg Chatolicos hostilia arma: Habespurgijs antehac Semper paruit.

Theseus.

Et quomodo Ipsis ē manibg elapsa?

Pirithous.

Eodem bello quo Bada ab Helvetis capta nomine Imperij et postea ā Sigismundo

Imperatore ijsdem oppignorata fuit hac Conditione, ut illi omnia vetera Jura, privilegia, consuetudines salva maneant et Helvetijs præstent eadem servitia quæ anteà Helvetijs, Habespurgijs et Austrijs Dnis suis præstiterunt: itaq; nunc Octo Veterum Pagorum imperiũ agnoscit.

Hinc excedentes continuo montana excipiebant, quæ multùm sudoris extorserant urente pariter Canicula, quousq; Lillus attigimus Limagi, quem aliter traijcere non datur, quam novi funambula: dum hæc protr= =uditur crassissimo funi prægrandi catenã illigata desuper servolente rotã, occasio inde dabatur quærendi de Origine et fluxu huius fluminis: quem mihi paucis sic Dinithous explanabat.

Linthous.

Limagus Veteribus Ignotus ortus apud Glavonenses, et ibidem vocatur Linthg ex lacu autem Rivario alius effunditur nomine Magus, qui influit in alterū atq; tunc Limagus appellatur. Posteaquam autem ab Origine circiter nonaginta passuū Glovonā, atq; intera eam Castra et Marcam duas regiun= =culas irrigavit, intrat lacum Tigurinum, et medium Urbis transiens cursu circiter ducentorū stadiorum confecto primo in Arolam brevissimo à post Spacio in Rhenū influit.

Dum forte ad Monasterium oculos attollimus En. integra hospitum caterva de fenestris prospicientium nos observabat, qui, qualesq; fuerint, mox panuit. Vix enim intra portas admissi, cum obvia veniebat in Aream Rev: D. Abbatem de Sancto Urbano suum Speciale Amicum Salutatum Illmus Dns Orator Gallicus Monsieur Tombeneau; hic more Nationis politicus supra modum, quantum ex gestibg ydiomatis ignoro coniectare dabatur: Sub dio aliquamdiu perqua familiariter locutus committebat nos loci Antistiti: ipse exceptus Rheda cum tota Aula deducebatur Badenam, unde salendi temporis gratia evectus; nos vero inassign= =ata

Marist= =ella Monniu Ord: Cist=

Cubilia: Interim dum paratur Cœna, placebat reliquū Tempus utili aliquo discursu traducere, et quia pruriebat Animus noscere quid de primo tam Celebris Domūs exordio, id rogatus de circumstantibus quidā Religiosq Sequentibus deducebat ad magnā delectationē dicens,

Maristellæ Fundatio facta Anno 1227.

Maristellæ Nomen in Marinatum ōpericulis et propitio Lumine, quod Illustrē Comitē Heinricū de Kaperschwil Saracenis Arma inferentē Servavit. Illum in reditu iratum æquor pluribq diebus ita iactabat, ut ignarus, quotandem in Orbe versaretur in momenta singula Naufragium mortemq; operiret; nam et spissæ tenebræ Cœlum omne abstulerunt: Humanā

Igitur omni Spe amissa, animoq; ad
Superos erecto D: Matri Virgini votū
nuncupat, Si auxilliari porrectā manu Se
fluctibus eriperet, Monasterii Familiæ
Cisterciensis in Suā ditione Sub eius Aug=
=ustissimo Nomine consecraturū. Prona
in miserorū preces Misericordiæ Regina
ñ diu Subsidia distulit, Sed eā statim nocte
Stellam magnitudinis et splendoris inso=
=liti veluti Salutis nuntiū, de Cælo monstravit,
ad quam Cymosurā cursu Navis directo
paucos inter dies Salvus et incolumis portū
tenuit. Intanti Beneficij memoriam
extructo inde Cœnobio nomen B. Mariæ
de Maris-stellā imposuit: in quo postmodū
ipse Fundator post Uxoris in peregrinatione
Jerosolomitanā obitū cælebrē per novendecī

Annos vitam duxit atq; in Capitula sepulchrũ
obtinuit. Anno igitur recuperatũ humano
Generi Cœlũ Millesimo, ducentesimo Vige=
=simo septimo fundata est Maris stella, eiq;
collata dos tam ampla præsertim aucta donis
non sperniendis Comitũ de Habspurg,
Kyburg, aliorumq;, ut nisi variæ temporum
iniuriæ totam penè consumpsissent, dubitare
Maristella posset, an multa per Germaniam
essent Monasteria, quæ secum comparari
pateretur. Gaudet amœno, ut apparet Salube=
=rimoq; Situ: Orientẽ versus respicit Tigurum
primũ Helvetiæ Cantonẽ; ex opposito
Badenã noviter excitato fortissimo Castello,
Superbam Dictam Dnorum Cantonum,
thermisq; calidis celeberrimũ Oppidum: Utroq;
ex latere hinc facundissima Vinetis Jura,

Illinc viridi dumetis et abiete Caromonte
cingit, qui ambo clivi vallem efficiunt, quam
mediam interluit Limagus piscii ferax.
Ei Salernium primum Abbatem cum duodecim
Religiosis dedit. In Exterioris Ecclesiæ
sinistro latere Sepulchrū Alberti primi
Romanorū Imperatoris cernitur, qui cum
Anno Christi, 1308, ā nepote suo Joanne
instinctu quorundam Nobilium Vindonissæ
ad Rusam fluvium interfectus fuisset,
Maristellæ vnius Anni et trium mensium
spatio sepulchrū nactus, inde Spiram
Henrici Septimi iussu ad Imperatores
reliquos translatus est. Sacro Reliquiarū
thesauro locupletavit Innocentius
Decimus Pontifex Maxim
ante Annos aliquot donatis ex Urbe Exuuijs
Divorū Mariani et Getulij nunc

Corpus Alberti Imp: a Suo Nepote interfecti translatū est Spiram 1309.

Pulcherrimo Altari ornatis, cultisq; magno Populi accursu ob prodigia, quibus frequentissimè clarent; Cæterum Jura Territorialia satis ampla tenet Advocatiæ onerosis favoribus libera, Octo Seniores Canto= =nes Protectorū titulo et Annuā recognitione veneratur.

Sic pendebamus abore Sat sacundè isthæc enarrantis, ut cœnæ obliti essemus, nisi opportunè nos monitum venisset Pedisequus nuncians, nos mnicè ad mensā desiderari: quod admitteremur ad Mensā Abbatialē singulari honore ducebamus: ad pinguē mensā sequebatur lautus Somnus, quem plenis vonchis sine interruptione

Perduximus adusq; non iam auroræ
sed ipsius Solis radiante illapsu: tandem
moniti nĩ displiceret forsan comitatus, ut
surgeremus ac nos præstolantibus aliquanto
iam tempore Socijs iungeremur, tumultuarie
induti cum ijs nos itineri dabamus, sequentes
ductum Antesignani nostri Rev:mi Dñi
Abbatis eò alacrius, quo crebrius parcebatur
nostro peculio, quod etiam hãc vesperã serias
habebat liberale et asijmbolũ dante hospitiũ
Monasterio Ordinis S: Benedicti Moni=
=alium Varrense, ubi Priorissa aegebat Dña Varr
N: de prænobili Stirpe de Dullicon Monniũ
Matrona quæ ut præsse sic et prodesse illi Monialiũ
Domui dexterè novit: quæ quia erat mihi Ord: S:
sanguine iuncta studebat omni visu satis= Benedicti
=factionẽ præstare, quam et præstitit, grates

Si sint maximæ, in mensurâ conferta
coagmentatâ, et Supereffluente; hinc altius
infigebatur pectori dolor, quem eâ nocte
generavit Casus, qui Oes Summo pere conter-
=vuit damno inde Monasterio illato plures
post Annos vix reparando. Qæ exita evenit.

Magnū damnū ℔ pessum ā Grandine,

TRAMES qui nos ducebat ad Celebrē hanc
familiā, plurimas dabat oculis delicias; ibi
enim surgebant racemis turgida Vineta, illinc
Ceres luxuriabat iamiam abbescente aristā,
limabantur iam Sicæ ad demessionē; quis ñ
messem, quis ñ vindemias hīc polliceretur
sibi vbervimas? Segeti inducia ñ nisi data
ad biduū quo elapso importare ℈ horreis: at
quam certū adagiū, nemo scit quid Serus
Vesperus vehat; ad quod allusisse videtur

Ex Helvetia Donavvverdam. A. 74.

Ovenus hoc disticho. Ovenus l. 4.

Inconstans fortuna breves mutatur in horas.
Nascitur inde mihi spes, illetus unde illi.

Intempestâ quippè nocte, qua prima quies mortalibus incipit, et qua soporiam oppreſserat oēs

Intonuēre poli, et crebris micat ignibus Aether. Virgil: 1. Aneid:

Cœpit Austrorū Violentiâ disturbari Aër, nubes æstivis caloribus incensæ collidi, et creberrimo prærupta tonitru fragoribq nostras percellere Aures, perstringere oculos

Fulgurum ſ flammæ, et pavore palpitantia
Corda verberare, quin etiam, nè quid ad malorū
cumulū deeſſet, cum proximus ſenestris iacerē
impetu ventorū ijs reseratis improbo grandine
in lecto prope obruebar: Is præcipiti ruinā
quid quid obvium, quod ei resistebat, habebat,
miserè deperibat: tandem in largiſſimū nimbū
resolutus nova ubiq; ſ lumina efficiebat. Nè
verò innoxius à grandine dicto lapidare ſurgens
è ſtrato conor opponere ſenestras, quarū uterasq;
alas dum ſimul et ſemel occludere paro, mihi
ipsi impedimento ſiebam cum opus ſuiſſet
tertiā manu, quà obduxiſſem repagula, tenaciter
nihilominus quantū valebam, imprimebam
iuncturis, at triplicato incōmodo; dum præter
grandinē impeterent ī nisi ī ndusioloricatum
illisa vitrea ſragmenta, et desinente turbine

Impulso pluviæ ñ modo toti Sed etvici=
=niorem lecti partem humectabant: desævi=
=ente tandem hâc et Suâ sponte desidente temp=
=estate occupato quod Sic cum reliquerat instrato
componebam me demùm adquietem, quam
protraxi àdusq; plenam diei Lucem, haecsinè
Schemate aperiebat mox, quantũ nocuisset
præteritus turbo: Alij et alij Superveniebant
Nuntij quorum vnus referebat, Vineta prorsg
esse deperdita, nec restare vel unum racemũ
alter verò maturâ Segetem ita evanuisse, utñ
modo culmus nullus erectus stet; sed nec appa=
=reat aliquando stetisse, vestigium cum aristâ
molli telluri immersus: Vera ipsos dicere
ominari inde licebat, quod operaturus Sacra
cum Spem ad Ecclesiam meviâ duceret,
decussa ab Arboribus poma transeunti iter

Ferè obstruenti; hinc conversus ad Civitatē
dicebam: En.s

Nocte pluit totā, redeunt
Spectacula mane
Ad quod ille pariter ex Virg:
verum est: nam
Strata iacent passim sua quæq; p.s
Sub arbore poma.
Redeuntes ad Domū
Hospitū, reperimus bonas Illonia=
=les buxo pallidiores et prope ex hāc strage
acceptā examines: quas bonā haberementē
hortabamur, meliorem q; futurorū Spem

Concipere: horum malorũ Sensum utrepe=
=ntinum et atrocem; Sic et brevem atq; ideo
tolerabilẽ esse Solere: oculo Vno contuerentur
in præsentiã alterum verò conijcerent in
Secutura tempora, quæ illa cum fœnore
multoties compensarent, scirent magnanima
patientiã dura Casuũ fugari. malli vero
fugã fovevi, quare projcerent se ad pedes
Divinæ providentiæ, quã confisæ erigant
Animũ ad exspectationẽ meliorũ, quæ
plenumq; obtingunt, dum minimè Sperant.

Ad hæc et Similia, pristinum
Suũ Colorẽ recuperabat nobis Serviendi studiũ,
quia tamen tortũ nobis visũ, ne afflictis graves
caderemus maturabamus nostrũ discessum,
quas prout bene valere etã Deo Secundioria
Sibi polliceri iussus recepti equis carpimus

Iter versus Winterthur capturi inibi prandii
quàm iustè ab illis fuerit conceptus dolor
confirmavit in longum et latum veni miserabilis
index: in arvis nulla parebant potiori ex
parte Segetes, in pagis et Oppidis nulla
integra fenestra, in via impedimento erant
prostratæ radicitusq; evulsæ quercus, in
Sylvis iacebant percussi grandine Cervi
emortui, quod quid rarū, varius à illud, duos
eiusdem grandinis lapides Campidonæ
libræ impositos ponderasse quinq; libras,
quod quid inauditū et tamen pro certo asseve-
batur, Sicut et tempestatē istam accepisse
initium in finibus Helvetiæ, et se propagasse
Vlmāusq; posteriori dicto fides dabatur
inde facilior, quòd eius essemus oculati testes,
fuerimus assidue novi, quocunq; differebat iter

Ex Helvetia Donavivedam 180.

Pirithous.

Si tempestatis huius ortum, pro=
=gressu et effectus penitius introspicere
velimus, deprehendemus, eam nonnisi ā
Magicā arte profectam.

Theseus.

Ergòne Eius est Opinionis, quòd
talium Magi et Sagæ possint esse Architecti,

Pirithous Quidni?

Theseus.

Fabellæ: quisenim non manu
palpet fabulosa esse, quæ Ovidius in libris

Magia etsi stupenda efficiat mutationes tamen Substantiales et Subsistentes efficere nequit.

Metamorphoseos lib: 1. de Circe et Medea. de Socijs Diomedis in aves conversis, quæ longo post tempore circa templū Dianæ volitārint: de Socijs Ulijssis, quos Circe mutavit in bestias: de Arcadibus, quod traiecto Stagno versi fuerint in Lupos: de Socero Medeæ, quem illa decocta ad iuveniles Annos revocārit: de Draconibꝫ, cum quibus simul iunctis creditꝫ Medea volitasse per aëra: Quis præterea credat fieri posse, quæ Saga illa apud Virg: l. 4. Aenead: promittit enim:

Virg: l: 4. Aenead:

Hæc se carminibus promisit solvere mentes
Quas velit: asperas dulces immittere curas
Sistere aquā fluvijs, et vertere sidera retrò
Nocturnasq; ciēre manes: mugire videbis.
Sub pedibus terrā, descendere montibꝫ Ornos:

Quinimò tales metamorphoses ā
Magis posse effici credere, vetat Canon
26. q. 5. Episcopi: qui credit, inquit posse
fieri aliquam Creaturā aut in melius deterius
vè transmutari, aut in aliam Speciem vel
Similitudinē transformari, quàm ab ipso
Omniū Creatore, Dagano et Infideli dete=
-rior est. præterea reprehenduntur Mulieres
quæ firmiter putant secum Dianā aut
Herodianā nocturnis horis equitare, cum
itaq; hīc dicat, sin deterius immutari/conse=
=quenter Canon vult eiusmodi metamorpho=
=ses in Magis et Sagis merè esse imaginarias
et phantasticas ā parte verò rei nullas.

Virthous.

Nonintricias Eo multa de Magicâ
Arte venditari, quæ pura putidaq; figmenta:
pleriq; enim hominū sunt nimis creduli et
superstitiosi, rebusq; admirandis ut vult
Philosophus facile capiuntr, fabulisq;
Artes: l. oblectantur. Interim tamen negari nō potest
1. Meth: absolutè, dari et datos fuisse aliquos Magos,
cum contra eos Deus Deut: 18. hanc
sententiā fulminet, Maleficos et Incan=
=tatores interfici: Iterum Levit: 19 Anima
quæ declinaverit Magos et Ariolos et
fornicata fuerit in eis, ponam faciem
meam contrà eam, et interficiam eā de
medio populi mei: Et ex his sic infero, at si

Malefici nulli darentur, aut dati
fuissent, inaniter decreta essent tam dira
supplicia. ergo ex. vrgentis molis nē ad iutū
à Daemone ciere grandines turbines et
tempestates; Sed ea fidem dubiam facere
videntur, quæ narrat Philostratus in libris
de vitâ Apollonij: Cum vidisse apud Indos
gemina dolia vnum imbre, alterū vento
plenū: Illud cum nimiâ siccitate laboraret
Indiâ, reseratum emisisse nebulas quæ
Vniversū illū tractum humectarent, clausū
verò coercuisse nimios imbres. Alterum
apertū efflasse ventos, qui omnē circum
Regionē perflarent redderentq; Cœlum
salubre. Nec minus stupescenda erat illa
Memnonis Statua, cuius idem Author

Philost: l: 3. C: 3 de vita apollonij

Memimitita: quod si radius Solis in suo exortu in Eius os fuisset illapsus, statua continuò more hominis loqueretur: Necnon Appollonio cum Jarchâ et alijs Brachmannis Mense accumberent tripodes lapidei sua sponte moverentur et ab æreis pincernis calices in gÿrū circumdati certā mensurā vinum et aquam miscerent, porrigerentq; Cyathos Conviviis.

Theseus.

Ex his plusñ evincitur, quā corruptā dæmonis operā phantasiā quod quis Cervam putat esse Minervam Canam putat esse Dianam.

Vtibene distinguit Doctor
Angelicus in Sua postilla Super
Iob cum dicit: Necesse ē confiteri, quòd
Deo permittente dæmones possint
perturbationē æris inducere, ventos
concitare et facere ut ignis decælocadat,
quamvis natura Corporalis non obediat
ad nutum Angelis nec bonis, neq; malis ad
Susceptionē formarū, Sed Soli Deo
Creatori, tamen ad locālem motū natura
Corporalis nata est Spirituali naturæ
obedire; quæcunq; ergò Solo motu locali
fieri possunt, hæc per naturalē virtutem
non modò boni Sed etiam mali facere possunt,
nisi divinitūs prohibeantur, sicq; Dæmones
discurrunt per mundū, quandoq; per incā-
=ntationē Maleficii aliquid efficere moliunt

Strabone teste, colligunt varia Semina, et ex eorum adaptatione faciunt prorumpere varias Species et minimè Subsistentes sed Solummodò ad oculũ parentes: et cũ causare pluviã volunt parvæ fovææ aquam, quam Malefici digito circumagunt in nomine ejus Dæmonis, nec ñ reliquorũ; hanc posteà ipse Dæmon spargit in aëra, et ita enascuntur grandines et imbres; quò arte utiq; et eâ, de qua nunc Sermo, tempestas orta, quod eò facilius crediderim, quò certiùs spargitur, in Helvetiã aliquot iam Sagas captivatas

Wäsenst=orff pagus Ditionis Tigurinæ ubi rustico=rũ furor propenos oppressit.

toto hoc itinere usq; ad Pagũ Wäserstorff unus ieemq; omniũ Sermo erat de præteritæ nostis tempestate anxijs Singulis, ne retrò positam Patriam et consequenter Suum

Cuius fundum corripuerit, ferieritq;:
At ut ad nos essemus intenti sepositâ
illâ sollicitudine, monebat nova subitus
turbo, qui medius fidius. brevi nos omnes
oppressisset, nisi opportunè in suppetias
venisset loci sub Præfectus: hanc tempest-
=atem ciebat falsa Rusticorũ persuasio,
quod armis suis equestres fuissemus damno
aliàs iam malè mulctatis: dum relictâ regiâ
viam pedestrẽ essemus ingressi, quare
irâ perciti ac obvio quovis instrumento
armati alter alterũ animans irruebant
in nos haud passuri nos liberos, priusquam
illatũ damnũ vindicassemus cevatâ monetâ
reponebamus contra; paratos nos duplum
dependere, si velunica arista equinis
Vngulis detrita ostendatur, præterea ipsorũ

Negligentiæ imputandum, dum stante plenâ
Segete ubivis locorum reliquêre sepes viasq;
apertas, si unquam certè hoc tempore oportet
esse obfirmatas: sed enim illi vationē nullam
admittere, semperq; magis ac magis se
conglomerare, furere, atq; vistare quatenus
resarcivimus, quod perditum hoc transitu
iverat: Inclamatus tandem apparet sub
Præfectus, et obiter utrinq; auditis querelis
compescere turbā aliter nō potuit, nosq; ex
rapidis eius manibus eripere, nisi spondendo
omnē refusionē nominī nostri, si Coloni
exhibuerint vel umbrā deperditæ segetis,
Furor vulgi sicq; nos frendentes abire sinuerunt. Sic
paulatim gliscit ut terræ vapo=res et fluvij ego ad Pirithoum. Capere neque cæpe rotervū
=facinus plebeiorū hominū et tam citum
festinumq; populi confluxū, qui subito ut

In turbam, sic et integram turmā coaluit. ad
quod Cirithous: Indignū est hoc admiratione,
is quippe est genius vulgi, ut bono communi
vel in hilo læso porcorū instar in mutuam
opem concurrat, eo tamen discrimine, quod
hæc commotio fiat ni sini pedetentim vno
alterū incitante, uti et hīc accidit prout ipse
adverti, cum primò duo factū narrare
inter se, adiuncto tertio quasi sare caput,
aucto numero ferocire, tandem clamore
aliàs è domibus accersere, postremò integro
manipulo viam pervertere, obsidere, et
quasi dicto arresto retinere, non secus ac
terræ vapores, qui oculis ante conspici non
possunt, quam in nubes condensati fuerint:
et sic fluvij qui initiò exigui fonticuli;

Paulatim in Amplissima flumina evadunt, et Sic Se habet furor vulgi, cui Si mora detur, enormiter Solet exorbitare, tanta est populariū cerebrorū infirmitas. Aliud egō replicabam præter illud Ovid:

Heu mihi rusticitas! non pudor ille fuit.

Tanta temeritatis commeritas Suo tempore dabit pœnas. interim Patientia. ad alia Sermonē distraxit Superato monte novæ Civitatis intuitus: Et quod dicebam de Pirithoū huic oppido nomen.

Pirithous.

Vocatur Vitodurū, cuius ut apparet Situs peramœnus: Anno 1467.

Tigurinam protectionem admisit eã tamen
conditione, ut jus eligendi constituendiq;
Prætorem et Magistratũ penes se maneat.
Tenentur tamen è dictis Tigurinorum etin
bello illis militant Suis Signis utentes, dicitq;
etiam novum ad distinctionẽ veteris, quod
Sub Imperatoribus Diocletiano et Maximi=
=ano ab Allemannis funditus eversum,
rursus verò erectum à Galerio et Constantio
extat iam pagus. Dum vesicimur hic prandio
Supervenit D. Hirzel Prætor Tigurinus, is
intellecto Casu, qui nos excepisset in Vasserstaff
execratus Summopere populi barbariem
iubebat nos bono esse Animo haud mansurũ
cum vedijsset domum, tantũ ausũ impunem
consultum tamen esse, quatenus eius pagi
Præfectũ de Kyburg certiorẽ factum, eà de
re faceremus. quod et mox præstũ per Cancella=
=riũ

Transes Zdus Profectio

Eo ā Rev:mo D: Abbate ablegatū.

Oppressi Noctis Caligine cū
in vicino esset Ittinga Celebre Monasteriū
Patrum Carthusianorū, notaq; esset P.
Priovis liberalis humanitas, ibi divertimꝰ
hospitiū nacti percommodū, cum stetent
sine symbolā: posterā luce indegratijs
debitis Actis profecti, confestoviæ semi
horæ itinere cœpêre de altā turri resonare
Maiores tubi audiri pulsus tympani, viderī
integer manipulus Sclopetis et oblongis
hastis armatus: Nesciusquid sibi vellet
insolitus horū occursus intellexi ā Rev:mo
D: Abbate contestari Cum Suam ergā

Ittinga Monasterii Charthusianum in Turgovia

Novum Dñm devotionē et submissionē,
quam cras iuramento essent corroboraturi in
in eius testium q̄ plurīū præsentiā: submissis
ad terram armis prætereuntes ā tergo in
Ordinē recollecti magno plausu et iubilo
Suū Dominū deducebat ad Castrū Herdoren
ipsius dominium, quo etiam ante adhunc
Actum rogatus venit Prænobilis Dñs
Theodericus Balthasar tunc temporis
Turgoviæ Præfectus, quem Rev.mus Dñs
Abbas in paucis colebat: eum comitati sūêre
Amannus et Prætor nec non alij Domini
Officiales de Frauenfeldo, quod ē Sedes
omniū Præfectorū nomine Septem Canto=
=num Imperantiū Turgeæ: Caterum
iudicia verum Capitaliū, provocationes, et

Multa harum causarū pertinent ad decem Veteres Helvetiæ pagos, qui bellū adversus Maximilianū Fœdus Suevicū gessêre.

Theseus.

At quâ ratione hoc oppidum utpote caput Turgeæ Regionis pervenit ad Helvetos,

Pirithous.

Turgovia et Frauv: =venfeldū quomodo pervenerit ad Helvetos

Căpotissimū. Coniecerat. Sigismundg Dux Austriæ in vincula Cardinalē Cusanū Brixinensē Episcopum: hunc, quiăn statim iubente Papa Pio/is fuit Æneas Sijlvius/. dimiserat, excommunicatus est: cum autem hoc fulmine parum moveretur et ad futurum Consiliū provocaret, Papa Helvetos illi

Arma inferre et Ecclesiã tueri iussit, ac quidam Cagi Pontificis edicto paruêre et hi hodiè dum eo cum totã Regione Turgeã potiuntur: alij aliàs causas allegant mei instituti non est discutere et ventilare quæ inter eas validior.

Exactis hîc aliquot diebus satis genialiter, tandem reassumere cœptum iter placuit consultis ante geometricis Chartis futuris viæ ducibus per Sueviam. Valeitaq; facto Dño Prætori, qui ab Oltã hucusq; dederat Se itineris Comitem, conscensis equis recta petebamus Oppidũ quod dicit Steina, quà per pontem super Rhenũ aperitur transitus in Sueviam die Steinaad Rhenũ

Trames 2dus Profectio.

Ad Vesperam declinante tenuimus Oppidulū Stockad Spectans ad domum Austriacam, ubi mensā et lectum admodūm macrū habuimus: undeñ Semel incusabam lucis Sequentis tarditatē huius iam oppeten=tiōr, quam Somni: Sicq; illā illapsā Sine morā prosiluimus è strato receptiq; nostris iumentis Levebamur Sub meridiem in Pfullendorff Oppidum pariter Domūs Austriacæ.

Arx Hohent=
=Pfyllet
ab arte et
natura
munitiſ=
=ma Dñi
habet ducē
Wirten=
=bergæ.

Excidebat mihi propè calamo Dignissima Arx illa vulgo Hohentfyll dicta, quam heri multo tempore obiectum et delitium oculorum habuimus: quæ meritò audit Regina Arcium utpotè omnibus

Eminentior non modo ripa rem sed nec sibi
vicinam altera sustinens, nè inde suo splendo-
=ri quid perditum iret, autcum tempore quie
nocumenti ab ipsis ferret: inserto inubibus
capite circa omnē regionē superbo supercilio
respicit sui plusquam secura utpote fortissi=
=mis propugnaculis quasi quibusdam costis
cincta, durissimo unicoq; saxo velut pede
solidissimo nixa praeter Ducē Wirtenberg=
=ensem aliū Dominū non agnoscit.

E Fullendorff sumpto prandio
profecti Solis ad occasū venimus in Rīed=
=lingen Oppidum ā planitie magis quae ei
circumfunditur quam aedium splendore
commendandū. Ea vespera languerē
nihil coepit Rev.mus Dns Abbas ex

Recedin= gen Vrbs quam loci Situs magis quam ædiu Splendor comendat.

Immoderato astu Solari exundante bile exquà timebat Febris et quidem ex illis Speciebus, quæ vocantur periodicæ quod stati temporis periodo et accedant et recedant, qua ñ diuturnæ, nec lethales, prout testatur Plinius de Antipatre Sidonio Poetâ, quod Singulis Annis vno die tantum corripiebat Febri, cum eâ tamen consumptus sit Satis longâ Senectâ. Demane accersitus Phisicq præter medicamina præscripsit morum vnig Diei hîc loci Servandam: at ille Suæ complexionis magis gnarus illa etsi soluta reiecit, hanc verò confestim abrupit redeunte pristinâ virium firmitate, quam reconcilieârat præter omnẽ exspectationẽ Sudor per noctem effusè â bonitate naturæ expressus. Vndè seita alleviatũ Sensit, ut quantocijus utcunq;

Contra nitentibus nobis, Medicig monitum
in memoriā revocantibus itineri se dedevit.
A longè cum observāram quandam novæ
Structuræ in Sublime surgentem machinam,
comperi in hospitio, in quo divertebamus ad
capiendum prandium esse è fundo erectam
Ecclesiā Monasterij Marchtal; et dum pruri=
=bat Animus ad hanc videndā, Sitim quā
impensè torquebar, in Subsidiū vocari, quod
ea alio liquore non foret sedanda quam
Cervisiā, quam inaudijante, Solū in Monasterio
venale exponi: quā occasione accidit, ut
proditi Submisso Aulæ Præfecto invitamur
ad prandiū, quale nusquam dedisset taberna
præter nudos parietes nihil vesterens: dare
manus, aliquamdiu tergiversabamur Dñs
Abbas, quia ille vero decedere nolebat nisi

Marchtal Sequeremur triumpharit is tandem me
Monrium summopere applaudente alijs tamen non
Præmonst=advertentibus. In limine Domus Abbatialis
=rotensiū, in absentiā Rev: Sui Abbatis adm: Venerabilis
D: Prior canis capite perspersus et inden
parum Spectabilis, excipiebat Salutatione
humanissimā, ac è vestigio cognito nostro desid=
=erio ducebat nos ad Ecclesiā novam tamen
quæ etsi nec dum ad perfectionē deducta, si
tam Solida fuisset ac Splendida, eo adhuc
autumno, Si bene memini, Sequenti, Chori
pars vnà cum Campanili non corruisset ad
Stuporē singularē eorum, qui tam nobilem
molem aliquando intuiti Sunt, quam dictus
Pater præsago videtur Spiritu persentisse,
dum ei Semper displicuit tam præpropera
huius ædificij erectio: Meliora contrà nobis

Ominantibus ex Corporis vastitate, quâ
Solidius nihil videbat; nihilominꝰ corruit,
Sed ut fortiùs resurgeret velut quæ Marpesiæ
cautis instar nunc stat, stabitq; inconcussa
in multa Sæcula.

His visis invitabat nos
comiter R. Prior ad prandiu, quod recusabat
Rev: Dñs Abbas obtendens Suã infirmitatẽ
adhuc in bivio positam: quia tamen rogare is
ñ desistebat, annuimus tandem petitis, ductiq;
in triclinii præciosas epulas reperimus quas
condiebat doctissimus discursus de Medicinã
cui ansam inde præbui, quo revocarẽ in mente
Rev:mo Dño Abbati morituꝝ D. Medici
Riedlingani Heilzman, inter dicentis pro
eã die et aliquot Sequentibus omnẽ ei vini usu:

Quo non obstante, liberaliter ipse hauriebat,
et ex eo se iam melius habere asseverabat.
Ex qua occasione in Medicos sic invehebat.

Medici arguunt inscitiæ ob defectuosa principia.

Prior. Nemo non vult videri
Medicus, cum tamen qui hunc titulum
verè mereatur
——— Vix sit de millibus vnus.

NON nullos quippe est videre, qui neq;
Artis, neq; Scientiæ nomine hoc studium
dignũ iudicent: non Artis; quia Ars est,
quæ certis et infallibilibus principijs nititur,
quæ sanè in medicinâ hactenus reperta non
sunt, cum fallere illam innumeris exemplis
compertũ sit: Non scientiæ; quandoquidẽ
nulla demonstratione sed probabiliores

Tantū argumentis fracta nihil stabile
nihil perpetuū, quod ad Scientiā requiritur,
possideat, ad hoc excipiebat idem Sentiens.

Dns Abbas. Dicta vera esse comprobat ipsa contradictio, quā Domini Medici in varias abeunt vias et Sectas, ut merito dici possit de ijs Quot Capita, tot Sensus. Præcipui Sunt Empirici, qui Philino Coo et Creonte necn Gorgia Autoribus Solā experientiā Medicum eruditi posse Sentiunt: Alij Methodici, qui Themisone Laodicenō duce certā et brevi methodo Medicā Scientiā absolvi existimant. Tertij demiq; dicuntur Rationales, et hij hijpocrate et Galeno Artis excultore hanc ad Rationis leges iuxta temporū, regionū

Medicorum varia Sectæ.

Aegrotantiumq; naturam exploratam
stabilivi volunt. Et dum vna Alteram Secta
damnat erroris, hinc accidit, ut Secum DD:
Medici non bene conveniant: Sic enim
Thessalus Trallianus, qui vixit Sub Nerone,
Methodicus Empiricos à Medicina
professione arcendos contendit, illos econtra
proscribi vult acerrimus Hipocratis
propugnator Galenus, cui rursus æmulus
Cirnas Massiliensis contra dicit adme=
=tiens ægris dietam ex observatione Sijdem
et horarū: ex eadem Massilia emersit
Charmis, qui damnatis prioribus Medicis
mediā etiam hyeme gelidis lacubus ægros
immersit: Intantā opinionū discrepantia
interim patitz æger, et disceptatione Medi=
=corum Sæpe suā cute exsolvit, unde non

Inaniter emanavit adagium. Optimũ
esse Medicorũ qui plurimos occidisset.
Ex hinc motus Imperator Maximiliang
eger lectõ decumbens cum plures se
Medicorũ ad curam afferrent, ordine illos
accersiri iubet, singulosq; una illã quæstione
aggressus est, Quot occidisti? Cumq; ad
interrogata pleriq; attoniti subsisterent, aut
suos erubescerent lapsus fateri; nonnulli
etiam hanc velut insaniam Cæsaris vide=
=rent, tandem Senex experientiã magis quã
doctrina notus conclave subijt et sciscitanti
Maximiliano Quot occidisset? respondit,
Quod pacetuã Clementissime Cæsar dixeri
Innumeri sunt, Tum subridens Imperator,
Ingenua, ait, Confessio Medicum te facit
Cæsaris, ijs tamen, quibus alios iustulisti,

Experimentis immē desinę, et econtra
probatis ad Sanitatē ex fide vtere.

Et unde tot Homicidia
originē trahunt quamā crassa Medicorū
inscitiā, qui, proh nostræ ætatis prospicium.
titulū Doctoris circumferunt, quē mercato
accepēre ab Universitate. ingerunt se in
Subsellia Doctorū ex Asinis subitò equi
creati, ubi Superiorē nullū, nullū formidant
æmulū: Cuiusmodi Doctorē ad vivum repræ-
=sentavi Galli; Superioribus annis Avinione
tempore bachanaliorū Solemnissimam
creandi Doctoris pompā adornārunt:
in hāc præcinentibus tubis, magnoq; Doctorū
ordine in equis ornatissimis præcedentiū

Cum magnū quid ā Spectatore populo
exspectaretur; Asinus benè auritus, hederāq;
coronatus in Curru sequebat, antequem
decumanus in curru liber explicatus iacebat,
ipse verò grandibus nasum conspicilijs
muniens ceu lectunus, liberū intuebatur,
penè applaudentiū sequebatur juvenū
multitudo canentium

Parisios stolidum si quis transmisit
Asellum
Si fuit hic asinus, non ibi fuit Equus.

Inquā Scenā experti sunt Avinionenses
Asinū se domū revexisse, quē eduxerunt,
Unde miranda quorundam Doctorū proter-
=via dum Sanitatē promittant nusquam

Antè cognitã morbi radicè: remedia
applicant, nonnutiuent Sed noceant, integras
Annorum Mijriades mentiuntur, cum
Sæpè Submanibus æger defungitur.

C. Prior: Solenne est Medicis
mentiri, et hoc strenuè et officiosè, quin et
accepto etiam pretio occidere: at Sæpe
accidit, ut ipsi Libitinæ priores hostia cadant
ualentes Seipsos curare, qui alios curare
laborant: adquod alludit Latinius isthoc
Epigrammate.

Si præcor Medici mors Scandala præbet,
oportet
Scandala præbuerit Mors, Paracelse, tua.
Nam dum Nestoreũ promittis pluribꝰ æuũ
Ipse prius Letho præueniente cadis.

Ridiculu Medicum? si vis Panacea
Senectam
Conferat ut reliquis, ne moriare prius.

SEcum quia cum discursu protractior volebat fieri mensa quam patie= =batur diei residuu continuanda itineri destinatum, placuit illi filu abrumpere subitã prandij quod brevi in vesperam abijsset, Solutione: Quare pro debito gratias rechiben= =tes equites facti plena adhuc luce pervening Chingam, quæ est Vrbs Domũs Austriacæ reditibus alienis, quam propriis opulentior: transvectio quippe exterarũ merticum post se relinquit non modicum vectigaliorũ quæstum, qui cedit in communebonum. Eo

Chinga Vrbs Aust= =riaca alienis magis quã propriis reditibus loplocuples

Tempore illibatus erat, integerq; Clos
Civitatis, quem eo adhuc Anno turpiter
deperibat Gallica irruptio Curia alijsq;
aedibus exustis, obsidibusq; traductis, quod ad
petita pecuniarū vis ad ultimū assem
exsoluta esset. Commodū attulit ea nox, quod
Rev: D: Abbatē itineris Comitem in
integrū restituerit applaudentibus omnibus
quod extra febris iactum esset positus: quare
vix illuxerat dies nos iam equis insidebamq
prandiū capturi Ulmæ, quos nos æquus,
amœnusq; trames transportavit: Antequā
tamen in conspectū venit, ad duę, ni
fallor, milliaria Se conspiciendū præbebat
maioris turris Ecclesiæ vertex, et quia ob
loci distantiā. quid certò foret, nō dignosceba,

Conversus ad Pinithoum quærebam,
quid sub opaco ibi prodiret. ad quod mox
ille,

Pinithous.

Est index Maioris
Ecclesiæ totius Civitatis
Ulmensis: Illa scilicet turris, Anno
Christi. 1377. ædificari cœpta, completa
fuit. 1488. post Argentinense hæc similem
Germania non habet cui in paucis inferior
Ecclesia longitudinis habens trecentos
decem et Septem, latitudinis centumquin-
-quaginta duos pedes. Fornix Superior
et media cui utroq; ex latere binæ sed non
nihil depressiores correspondent, numerat

Ulma Civitas Imperia-
-lis olim pertinuit ad Maiorē Augiā.

A terra centum quinquaginta: quæ
omnes innituntur triginta sex columnis.
Primas inter illius ornamenta tenet
Oraganum opus sane et al. Arte et fistularū
numerositate stupendū, quæ des ē probatiss =
=imo anglico stanno fuisse:

Theseus.

Nescio an male sparsa, aut non
bene percepta fama me fallat: dictum
aliquando mihi puto, quod Urbs ista suo
tempore pertinuerit ad Maiore Augiam,
Monasteriū Ord: S: Benedicti.s ā dubio
isto tu optime scies me absolvere Pirithoe.

Pirithous.

Nec fama falsa, nec male perc =
=epta cum Carolo Magno Gallo Maiori

Augiæ dono sit data, à Friderico
Tertio Imperatore titulo Civitatis
Imperialis multisq; alijs privilegiis
aucta et decorata. Anno Christi, 1128,
ab Imperatore Lotharió Secundo fuit
devastata, restaurata verò à Conrado
Tertio Imperatore Anno scilicet. 1140.
et duplo longius extensa, quam antea erat:
insuper iam propugnacula ei adiecta, fossa
circumducta, in quas derivatus Danubrius
hostē arcet ab incursu, et aditū intercludit:
hic primo fluvius fit Navigalis in eum
illabentibus Hÿlevo et Blavo prope Urbē:
Inhāc conduximus hospitiū Cygni figurā
insignitū. tempore vespertino, placuit
visitare dictam Ecclesiā non devotionis
sed curiositatis gratiā, ad cuius ingressū

Observabam conserta hominū turbam
in anteriore parte abore Præconis nescio
quid non quidem de aliquo Suggestu Sed
Solotenus blatterantis Suspensā, quæ nobis
visis quasi fulmine tacta confestim
ita dissipata est, ut nec hij, nec grij ultrà de
illà videretur cum eoloci pervenimus
pastore cum ovibus disperso. Narrata ante
à Pirithoo confirmabat nunc præsens
templi imago Maiestate plena, vacua
verò Religionis Signis præterquam quod
in Choro omnibus alijs Sublatis Effigies
Crucifixi prostaret: ubi dicebā ad Pirithoū:

Effigies Christi in templis Hæreticorum est larva Religionis

Turpitudo hereseos ñ aliter mihi advenit
religione amicta, quā illæ Mulieres Gallicæ,
quarū Corporis cultum nequis Superbiæ
aut Superfluæ elegantiæ posset insimulare
mira pietatis larvā spectantes dementabant,

Ex Helvetia Donavvverdam 216.

Pirithous.

Et quaesoquae haec fuit
Illusio?

Theseus.

Ab Asiã nescio quo Casu in
Gallias fertur morem irrepsisse, ut
Nobiles famina Amplissimo texto
fluentes pallas historijs quoq; exornarent,
et hæc Christi resurgentis triumphũ prost-
=ratosq; ad Cœleste lumen milites acu per
varios colores ludente ita induerat, ut ipse
fastus ac vestiũ pompa crederetur ad
Religionẽ pertinere.

Pirithous.

Abominanda sraus, abiectâ Christi doctrinâ, pede calcatis Sacramentis eliminato quicquid Sacrũ, Sanctumq; est, mentitâ devotione rudi plebi adorandum proponere in loco profanato Sacrosanctũ Crucis Trophæũ, quod deservire debet pro cortice falsæ ipsorũ Religionis.

Theseus.

Ludicra è templis diminanda.

Hinc Sapienter admodum olim Christiani Imperatores statuêre, nè balneis ubi Voluptas solutior cæterisq; locis, quæ publicis remissionibus destinata erant, Crux adhibe= =retur eò quod nulla posset esse cum delicijs Salutaris ligni affinitas, Eadem lex, qua

Prohibetur verum Sacrarū vsurpatio ab
his Hæreticis minimè observatur, dum ad
ipsas triclinij fores, in quo mimicæ Artis
periti obscœnissimis Comœdijs iuvenum
Animos corrumpunt, et diosorū pecunias
aucupantur, Simulacra Sacra ostentui
exponuntur, Sacræq; Vestes in personatis
pro Amictu deservire debent. Quæ Conve=
=ntio Luci ad tenebras, Christi ad Belial?
et cur Christi morientis Tristissima imago
hīc ostenditur, nisi ut huius effigie populus
deceptus, credat Sanā tradi fidei doctrinā
veraq; vigere Religionis Cultum?

Pirithous.

Fulmine hos Imperatores Deus
adigat ad inferos Spectra pietatis, utpotè

Sanna Hœrethi= =corum in vivos Religiosos

Qui Specie tenus hanc profitentur, secretò verò illius Sunt iurati hostes: et ut pariter concitent plebem in veros Virtutis cultores, viros dico religiosos Catholicos, digito illos demonstrant et Subsannant, En, dicentes, hic ille est, qui Sanctitatis imagine Orbem ludit, quos religiosa Signa, prolixior oratio, demissior vultus, Sermo tristior, composita ad modestiã, vestis tanquam quædam pietatis miracula alijs Mortalibus ostentant, Istud vitæ genus latebra vitiorũ est, neq; certiùs illa quæsiveris, quam ubi omnino non esse fidem facit nimia Religiõ. Et Sic insontes animas plerumq; calumnia perditissimorũ horũ hominũ invehitur, et eorum, qui sincerè cum Deo agunt existimationẽ violat contecta hœrethicorũ nequitia.

Haud placuit diutius morari
in hoc perfidiæ omnis Asÿlo et vitiorum
Cloacâ, Cum præter nudos parietes et
vacua longo Ordine posita Subsellia, mend=
=acemq; Cathedrâ nihil ostenderet dolendũ
quod cæterò quin machina tam nobilis et
elegans Stabuli vices Subire debeat, et asinis
ad Saltum lùdere cogatur Organũ opus Suis
Numeris absolutissimũ: exhibiti Sunt etiam
nobis in Sacristia aliquot calices et paramenta
quæ ante defectionẽ à Fide huic domui
erant Summo decori, nunc verò, cessẽre in
vasa Contumeliæ et derisionis. proh tempora!
proh Mores! proh Sæculũ nequam!

Hinc non sine pio animi singultu
excedentes recipiebamus nos in pristinã
tabernã, quæ referre horret ipse calamus; et
nè pia honestaq; aures forsan inde offendant
ultro Scriptioni Supersedeo.

Alterâ die nobis prandentibus inferebat Equarius Rev: D. Abbatis paterâ nontam cibo quam cachinno plenâ: exposcentibus quætanti materius visus. reponebat nugi gerulus; se ab hospite mulière in culinâ expiscatũ mirum ineptæ pietatis bolum: enarranti quippe sibi visâ hesternâ die in maiori ecclesiâ Seminarũ turmâ Præconi circumfusâ, confessâ esse, et se vnâ ex illis extitisse: cum verò instarẽ, quid negotij habuisset, respondit, cum alijs se exonerasse Suâ conscientiâ, recipisseq; absolutionem Suavũ noxarũ: rursũ me petente, quomodo illâ peragerent. tunc illa altrò cœpit videre et dicere, tam delirae nos sumus, ut vos Catholici, ut descendam ad particularia, sed generatim nos accusamus peccatrices et peccatores quæ

Hæreti= = corum Confessio.

Confessio cum firmā fidei et meritorū
Christi apprehensione sufficit ad labes
Animæ expiandas. Ridebant alij Mulieris
stultam devotionē, ego vero animitus com=
=miserebar illius cæcitati, simul graviter
irascebar Satanæ ministris, quod damno
irreparabili tot Animas Orco immolarent,
qui in Simpliciū animos se ingerunt secūs
ac olim Græci in Troiam, quamcum apertā
vi expugnare non valerent, sub prætextu
Palladi Solvendi voti intulēre in Urbem
intra Alvum Equi lignei abdita arma queis
posteā Urbem devastarant. Vos Vos Germa=
=niæ Principes, et Imperij Columina, cum
hīc Vestrarū Animarū Gentiumq; vobis
Subditarum Salus, Reipublicæ totius pax et
tranquillitas, Patriæ libertas, Nominis
quoq; Divini honor et gloria agatur, obtestor

Et obsecro, ut si unquam quodpiam bonum
Sive privatum sive publicũ Vobis cordi
fuit, sit hoc ipsũ negotiũ Summæ Curæ,
quatenus dum Septicipitem hanc hæreseos
hijdram è Patriæ gremio penitũs expellere
nequitis, saltem impediatis, ne latius grassetꝫ
et Corpsũ Germaniæ depascat. Et hoc
necessariũ est pro Communi ōm felicitatẽ
honestũ est pro impositio Vobis à Deo
publicæ salutis studio. Annon vesplena
periculo in tantã Religionis discordiã
subsistere? Quid si quod Deus avertat!
deficiant aliquando ij, qui hodiè dum
præcipuã Imperij molẽ sustinent, Cuius
hoc onus humeris tutò credetis? Suum
Catholici, Suũ Protestantes caput quærent,
huic malo Supernã Benedictione etsi mode-
=rno tempore præcautum sit; pax tamen

Inter vtramq́ partem in longū duraturā
ut mihi non persuadeo sic consultū estimo
ut Catholici Magnates Vigiles Semper in
Eos intendant oculos, nè a potentioribus
fraude et tandem armis circumveniantq́.
Quoniā verò eā estis prudentiā, ut Secutis
etiam malis Sciatis viam obstruere, hinc
totum relinquo providae vestrae vigilantiae,
et adeo, quae mei fori aut itineris sunt conversio.
Sub finem Mensae nuntiatur advenisse
Rev: D. Abbatē de Porta Cœli cuius
memini ante, pariter vocatq́ ad Nationale
Capitulū celebrandū in Cæsarea Monrio
Ord: Cist. extimā in parte Suevicae Sito:
pergratus mihi erat eius adventus, quod
inde Soliloquiū cum Divitioo Solutius evad=
=eret nemine iam aegreferente, quo gratius,

Acceptiusq; accidere mihi nihil poterat
hac occasione mille ante votis accersitã.
Cumq; ubiq; terrarũ, quà dabatur transitus,
riderent prata, virerent arva, et fortè adver-
=terem vnũ solum tenentẽ dextrã stivam,
sinistrã boves equi dirigentẽ, et ore fumigantẽ
tabaccum non nisi vno alterove equo adiutũ
totam expedire agriculturam, vomere non
nisi ad pedem telluri impresso supra modũ
stupebam certus quod nostra gleba non nisi
quatuor iugis boum verseturr. Hîc iam mihi
videbar frui delicioso aspectu fælicis Arabiæ
aut Elysiorũ camporũ, cum Arva quaqs
patebant, lætã surgerent segete, haud, ut nostra
requirunt, admittentia stercorationẽ ullam
a Suapte naturã fœcundã: et hæc nos usque
Dillingã comitabantur, ubi præter Collegiũ
et Academiam Jesuiticã spectatu dignum

Nihil ostendimus, Ades Episcopales
præterivimus cum nulla negotia eò nos vocarent
et sine his illas subire fuisset indecens. Et quia
magnā partem Oppidi quod perexiguum,
occupat dicta Academia quærebam ā Pirithoo
an non sciret quis prima illi posuisset funda=
=mina? ad quod ille, "

Pirithous,

Dillinganam Academiā Dilling=
è fundo excitavit liberalitas Eminentissimi =gana
D: Ottonis Truchsesij de Waldburg Card= Academia
=inalis et Episcopi Augustani accersitis Fundata.
Professoribus primis è Lovanio et Ingol=
=stadio, in qua hodie dum in optimo flore
studia. Ipsā verò Urbē Hartmannus

Ultimus de per illustri Stirpe Kyburgana
Anno 1252. vnà cum Comitatu Vitisling=
=ensi dono dedit Canonicis Ecclesiæ August=
=anæ, illi propè dominantur ipsi Patres
Jesuitæ, qui omnino nos honore excepêre.

Et quia non optimâ tabernâ nacti hinc
manè diluculo inde excessimus pervenimusq;
Donâ Verdam terminũ mei itineris circa
Vesperam, quò etiam venêre Rev.mi DD:
Abbates debonâ Cellâ et Campo Principũ
celebraturi Nationalia Comitia cum alijs
DD: Abbatibus S: Ord: Cist: in Cæsarea
celebri Monrio eiusdem Ordinis, abhinc non
dimidio Milliari distante: Et quia in limite
Suevię posita hinc persuasit me R.mus D:
Abbas de S: Urbano quatenus eam invisere
habiturũ denuo Ipsũ Comitẽ in reditu ad, et

Ipsam usq; Patriā finito Capitulo.
Et quia inaudij Donawerdā esse Civitatē
Imperialē, et tamen parere Duci Bavariæ
cum eo honore ista duo in mihi viderent id
exponi à Pirithoo flagitabam.

Pirithous.

Donawerda quomodo pervenerit ad Ducē Bavariæ

Verum est et Eam esse Urbem
Imperij, et pertinere ad Ducē Bavariæ
adquem transijt ex occasione, quā ipsa dederat.
Cum enim Cives ausu plusquā temerario
insurrexisse adversus Suū Episcopum, nec
impetus sedari posset et frangi nisi vi:
hinc ab Imperatore rogatus Dux Bavariæ
utpote magis vicinus, advindicandas iniurias
Suo Pastori illatas, cœpit is Urbem obsidere,

Obsessam Victor expugnare, et graviter
in reos animadvertere; pro præstita opera
Imperator eam illi donavit, sicq; adhæc
tempora paret Duci Bavariæ. Cetera
antè non in conspectu venit quam ei toti
approximabamus obstante nemore, quo
omni ex parte circumdatur. Huc confluxêre
Abbates numero tredecim præsidente
Capitulo Rev:mo et Amp: Dño D. Emma=
=nuele Abbate in Salem Vicario Generali
per omnē Superiorē Germaniā Viro ōi
Scientiā cultissimo. Utillorū accentus mihi
sic econtrà Illeus illis prorsus obvenit
exoticus et quia Suevis solenne Helvetos
de Vaccis et lacticiniis vexare, sic mihi
supra Mensā facetē illudenti dicebam;
Sane Suevi n̄ habent ansam cur nobis

Obtrudant Vaccas, cum expressè de ipsis
Cæsar dicat: Suevi maxima ex parte lacte
alijs pecore viuunt; quo consuli tacuêre, nec
amplius quispiam ex ijs iocari mecũ ausus
super ea Materia. Durante congressu R:
D: D: Abbatũ otium fallere cœpimus
aliquo discursu stimulante me curiositate
nascendi, undè tam celebre Ordinis Cisterciensij
Cœnobium ortum primævum accepisset,
quem Sequentibus Pirithous deprompsit
è Jungulino, qui ex instituto tractat de
Monasterijs præfati Ordinis Cæsareæ
verò ita meminit.

Pirithous.

Cæsarea germanicè Keisersheim Cæsarea opulentũ
est opulentũ, magnificũ ac longe pulcherrimũ Monasti
Ord: Cist:

Cœnobium in Sylvis Suevie circa Donalbertã
Vrbem Imperiale non procul ab eo loco
Situm ubi Lÿcus et Dannubius confluunt,
et hodie adhuc in eo maximorũ omnium
concursu vetus est et penitus eversum
castrum Comitũ de Lechmund, ab ipso
Lÿci in Dannubium ingressu Lÿcoorna
Seu Lÿci cognominatu, Augustanæ Dÿœ=
=ceseos Sub visitatione Abbatis Lucellensis
fundatum est Anno, ıı33. ab Heinrico
de Lechmund eiusq; coniuge D: Loicarde
quæ illic sepulta est, vnã cum marito Anno
ıı43. in vnũ tumulũ collocata ã Domino
Walthero Episcopo Augustano confirma=
=tionẽ sui Monasterij Heinricus Comes
fundator Anno Dñi. ıı35. consecutus est

Per nobilem et liberū Baronē Martinū
de Graÿphenspach Achatem Suum.
Is Episcopus genere et origine Palatinus
Tubingensis dedit Cæsariensi Cœnobio
Augustæ in Comitijs Imperatoris Lotharij
Insulam S: Vdalrici Antistitis Augustanj
Est hoc Cœnobiū limes et terminus
Episcopatuum Aureatensis et Augustani
cuius rei testis est lapis acuminatus in
Monasterio positus inter Ecclesiam et
portam: Tunc temporis dignē præerat
incliytæ huic domui D. Elias qui è vivis
Sublatus Anno 1696. Herrea patientia
post decoctos corporis languores, quos ei
conciliavit gravissimus de equo lapsus
fractis pedū tibijs, dorsiq; Spinā.

Reditus è Suevia In Patriam.

Solutis feliciter Comitijs
præcisâ omni morâ eâ adhuc vesperâ
repetivimus Donavverdam subsequentibq
R: R:mis D D: Abbatibus de Altenspachet
de Campo Principū, qui omnes eodem osi
diversorio. Dè mane peracto Sacrorū
hospitali tabernæ vicino viâ inde discedens
vix medium milliare confecimus, cum semita
ducens in Bavariā à Comitatu abstraxit
Rev:mū D. Abbatem de Campo Principū
quem ægrè dimisimus, nostrum verò iter

Nos prosecuti ad Solis occasum depone=
=bamur Augustæ Vindelicorum: multusinteri
erat Sermo de prudenti œconomiæ et regendi
dexteritate prælati Dni Abbatis, quæ inde
elucet, quod Monasterii Waldsassensedenuo
Ordini incorporavit, cuius ditissimus redi-
tus aliquot iam Annis usurpavit Dux Bavariæ,
nec unquam reddidisset, nisi Viri huius
Authoritas et Gratia, quã apud ipsum et
totam Aulam plurimũ polleba, interveniisset
ad dies vitæ titulo utriusq; Abbatiæ concesso.
Excepêre nos hospitiõ at non gratuitò tres
æthiopes, unde prospectus liber ferebatur
in primariam Civitatis plateam adeo latam
ut commodè octo aut decem Rhedæ iuxta se
procedant: huic singulari ornamento præter
picturas, quæ conspicuas reddunt ædes DD:
Fuggerorum, est Supra fontana posita,

Eurocq; ære fusa statua Herculis prægrandis
virumq; furorem Spirantis, qui vultu minaci
et lacertoso brachio clavum impingit pedibq
calcato et presso inusitatæ magnitudinis
Leoni, cuius ex vrijs pro insigni parti de
eo triumphi superbit. Hîc ergo ad Pirithoum
non inaniter circumfertur adagium

Conveniunt rebus nomina
Sæpe Suis.

Augustam quippe i Solum nomine Sed
ipsa etiam re hæc Civitas se ostendit, at
quis prior tamen nobile ei nomen indidit.

Pirithous.

Nomenclaturā suam derivat
ab Augusto Cæsare anteā Damasia

Augustæ Vindelicorum Origo et præcipua Ornamenta.

Vocata æras suas numerat ab Exordio Romani Imperij: Augustam eam fecit Anno 955. ingens clades, qua retulêre Hunni ab Imperatore Ottone Primo in Campo Lecho. Item Infeudatio cum domo Austriacâ et Novissima Inauguratio et Coronatio Imperatricis et Regis Romanorum: Augustam amplius fatebitur, cum præcipua Civitatis viderit monimenta.

Curiæ perfunctoria descriptio.

Lustremus ergò Curiam: Staq; conductâ Theda transheimur ad Curiam in quam intromissi mirabamur in vestibulo columnas de polito marmore speculi instar nitentes, quibus Superni ædificij moles omnis incumbit; muniunt quoq; ingressum sex tormenta cumulia et assiduæ excubiæ parata advim vi repellendam: Hîc officiosè à Magistro Aulæ salutati per aliquot gradus ducebamur in Amplissimâ Aulam,

Cuius laquearia splendescunt auro non
modo in commissuris sed etiam plano è
Civitate prominente adeò in sublime
elata ut oculorū in eā surrectā acies non
nihil hebescat: quaqua versum lumina conij-
=ciebamus, singula Maiestatem, insolitumq;
Splendorem spirabant. Ductis in laterales
Judiciales Cameras monstrabat, exsp-
=licabatq; dictus Curiæ Magister mijsteria
picturarū illam aserens esse Alberti
Dureri, hanc Holbeinij, oppositam
Rubenij, correspondentem ipsiusmet
Michaelis Angeli: videbantur hic collecta
in vnum ars Xeuxidis, Apellis ingeniū
et Thijmanthis industria, unde dicebam ad
Pirithoum. Theseus.

Ars Pictoria quidem natura non est, ad eam tamen prope accedit, ut suis

Ars æmula naturæ. maxime in pictura.

Sæpe operibus fallat oculos atq; adeo non
nunquam manus ipsæ in iudicium adhibenda
sunt. Animā quidem corporibus haud imper-
-tiri valet, at venustatem, motus et Affectus
ipsius animæ artificè penicillo ad ad vivū
hīc exprimit, ut vivere putentur.

Pirithous.

Quin imò, Natura Artem æmulari
apparet, nec hoc implicat, cum ipse homo
nascatur omnis prorsus idiomatis et cogn-
-itionis expers, cuius in Animo ut in tabulâ
rasâ Ars et institutio depingit imagines,
quas Sanè Natura non dedit.

Longius Super hanc

Materiam discurrere vacabat
vacantes præambulo Ductor ad superiora:

In ascensu iubet perpatens foramen
oculos dejicere in subiectu prætate Aulæ
pavimentum, quod miro artificio tessellatu
intuentes n tam oblectabat quam ludebat
exprimens exacte lusum tesserarum quo
nihil ubiq; gentium frequentius. Ad æditu
fastigium perducti oneo quasi aspectu bire
poteramus in longu et latum Civitatis
prorcursum necnon ipsius Campestris
Lechi, cuius planities se effundebat in imm=
=ensum. Inde rursum ad infima descenden=
=tes data Ei honoraria moneta excepti
Rheda transportabamur Successivè ad
binas turres quas celebres reddit ipse
Nepstunus impertiens eis ex Lecho laticè
sic copiosu, ut non modo præbeat toti Vrbi
Lymphā ad restringendam sitim, sed etiam
incendiu si alicubi forte suboritur, quod hac
viā efficitur.

Aquæ ductus in duas turres evectus Stupendg.

Cum Urbs fontanam ferè nullam habeat ~~visi~~ quam trahit ex Lechô; ut ex hoc Communi rectâti bene foret prospectũ, eius Aquæductus Sublimatur in altissimas illas binas turres ministerio æneorum tuborũ, in quibus quasi in mortario aqua per canales certos insinuata, contusa et compressa cum alium exitum nõ reperiat, quam quem dant inferniè pertusa foramina, sicut Clavus clavum sic vnda Vndam pellit, protrudit̃q; per alias æneas fistulas in sublimè, ubi quasi evomitur per ora draconũ; exspuiturq; in Sub distantem perquam vastæ capacitatis ç̃jathum ex vnã, ex alterã verò parte denuo per novos tubos cum impetu praceps acta inferne suis excipitur canalibus, deduciturq; per eos in omnes Civitatis plateas servitura non modõ privato cuiusq; Sed etiam cõmunj

Commodo, dum facilè apertis canalibus
in vnum coacta et vasibus concepta sufficit
ad quodvis incendiu Suppriendum. Digna
Sanè hæc Machina, quam Poetarum
carmina inter Orbis miracula decantent.
Repetitâ per cochleam priorũ graduum
viâ relictoq; donario in competente manu,
Aedituus ducebat ad occultum Civitatis Occultus
ingressum Spectatu dignissimũ: Dum enim ingressus
per eum transitur vna aperitur et altera
pariter à tergo occluditur ianua, et quidem
eo impetu ut fortissimũ quemq; fore correptũ
collidat: quare monentur Seriò transeuntes
initio nè quas moras faciant ni vel velint
includi aut perire; et quod mirandum nullus
apparet Janitor, nulla adhibetur clavis, sed
desuper per circumactam rotam omnia
expediuntur, prævie tamen ingredientium

Numerus exacte intimari debet, velut
iuxta quem tot vicibus, gÿratur, remittiturq;
rota: Joves eiusmodi numerauit, si bene
memini, quinq; aut sex, per quas nocturno
etiam tempore sero venientibus concedit
in Vrbem ingressus pendendo certo tamen
salario. Et sic à prandio nos per Vrbem
nostra curiositas ad seram usq; vesperã
perduxit, postea die ad loca sacra scilicet
ipsam ecclesiam S: Vdalrici et S: Crucis
in illã exhibebatur Crux ei per Alitem
Coelestem allata in signum de hoste referendæ
Victoriæ, in hãc verò crudum frustillum
carnis, in quod adiuuandam alterius incre-
dulitatẽ S: Hostia olim conuersa est:
dolendum, quod hodie dum neutri fides
detur ab hæreticis, quia Catholicis pares
in Senatu, Superiores verò duplo aut triplo

Illis in numero, et sic Zizania ordinarie
prævalent tritico. Præter recensita
plura forent memoratu digna, quia tamen
ea non vidi, hinc memor moniti ad Lectorē
illa silenter prætereo, sicut etiam feci,
facturusq; ultra sum.

Hisitaq; curiosarū verum fom=
=entis delibuti valle facto prius Rev:mo
D: Abbati de Altersspach peraliam
viam rediturо ad propria, institimus et
s'ro nos itineri recta petentes Memmingen,
quo prodeunte per obscurum perquirebā
ā Pirithoo, Num illuc esset Memmingen.

Pirithous.

Ipsissimum.

Theseus.

Sed quid sibi vult integer hastatorū exercitus quo locus cingitur?

Pirithous.

Sunt Milites Stationarij qui truncatis etiam capitibus immòti excubias agunt.

Vbi vicinior factus cum præter oblongas perticas, secundum quas certum germen ad cerevisiæ coctionē necessariū propagatum erat, nihil videretur derisui fiebam toti Comitatui, quodā stipideo

Hoc milite territus, ludificatusq; essem.
Recepti sub tecta taberna, quam nobis
exhibebat propendentis bovis imago,
iubemus apparari nobis cœnam, ne inter-
=laboretur tempus otiosè, interim exponi
mihi statum Urbis à Pirithoo flagitabam:
ad quod ille expeditus.

Pirithous.

Memmingen aiebat, Ulmæ Memmi-
=ngen
in circuitu nihil cedit, communemq; cum ea Urbs
habet Augustanam Confessionē, à Romanis Imperii
olim vocabatur Postrum Nemaviæ: præter- =qua et
amœnū Situm et auram Salubrem cōmendat Varias
ipsum ipsa antiquitas cum iam floruerit belli fort-
Anno 350 tempore Imperatorū Constantij =unas
experta.

Et Juliani prout referunt Annales.
Haud procul præterfluit Fluvius Largus
vulgo Fler, quem Tiberius Supremus Militiæ
Dux seu Imperator postea factus Cæsar
totum purpuravit Sanguine Vandalorum
ibi â Se occisorum. huius facti meminit
Lodo Albino ad Liviam metricè sic
Scribens.

Sanguine nigro
De color infestâ testis Largus Aquâ.

Varias Belli fortunas, et
fortunæ vices hæc Imperialis Civitas
experta est. Anno enim 1634. Subinitiũ
mensis Junij Lüstenbergijs, paucis post
Annis per transactionẽ Bavaris; maiori
ex parte direpta est Anno 1634. 15.

Aprilis et depredata à Suecis, nec nisi
Anno 1635. per pacem Pragensem suam
pristinam nacta libertatē: sudant quasi
adhuc sanguinē mœnia à dictis barbaris
quassata, aut ad minus acceptorum vulnerū
cicatrices ostendunt circumeunti frequentes.

Proventum mane solarem æstū
admodum maturè nos commisimus itineri
suffectā Rhedā in vices equorum, quos conti=
=nuus vsus et pressit et aliquantū enervavit,
quatenus sic pristinæ vires fractis redirent,
quas utiq; omnino attriuisset aspera
Allgoviæ montana, quæ satis molestanobis
cadebant per inæquas semitas currununc
sublevato mox iterum deiecto in imum
cum totius corporis, omniumq; intestinorū

Concussione: Quæ viarum iniquitas nos
prosecuta fere ad ipsas usq; Vineas, hic
divertere mihi quidem animus erat, quia
vero ex ignotâ et me latente causâ id non
placuit, morem gerebam Patrono, cumquo
nocte inquietè traductâ quod duriorem
nactus essem lectum quam assueveram,
die alterâ in maiori Ecclesiâ Sacro peracto
per humaniter ab ipso Rev.mo loci Antistite
Salutatus invitabar ad prandium: importuni-
tate precum condiximus inientaculum
quod illo haud inferius erat ratione temporis
vnicè ab eo discretum. Interim resaratâ
capsâ SS.mi Sanguinis incomparabilem
thesaurū Ipse D: Abbas monstrabat, quē
debito cultu venerati ducebamur in
Sacristiam per omnia ditissimā, inde in

Mōnrii ad Vineas Ord: S: Benedict Weingärt Seu ad vineas Mōnrij officiosa humani-tas.

Nouum à se suscitatu ædificium, habens
intra cellam vinariam cum vino etiam
aquam, quodquid earum fundentem, scaturit
in ipsa fons, qui tectus subschemate dolij
torto epistomio dat laticem, dum vinum
haurire quis intendit derisui astantibus
factus: Supra hanc surgunt quinq; consig=
=nationes omnes ducentorũ pedum longæ
Servando frumento destinatæ. Reducti
ad ædes Abbatiales cum tempore etiam
innovandas iubemur futuræ per quam
frugali mensæ accumbere vnà nobiscum
se vficiente Rē^mo Domũs Patre Prælato,
Viro tum in œconomico, tum litterario studio
apprimè exculto, qui ægrè tam insolitos
hospites à se dimisit. Dimissi tamen vix
pervenimus Ravespurgum oppidum etsi

Exiguo errare cœpimus postea per avia et devia Sylvarum viarū prorsus incerti lati spatio vnius Millliaris, antè ab hoc labyrintho nos non expedivimus quàm exitū ostendit simul ac regiam colonus qui sortè eò lignatū iverat. Conceptū inde tædium ut alleviarem divertendo me aliquò discursu huius semina iecci moto dubio de veracitate Christi Cruoris Sacratissimi in Vineis exhibiti; quod resolvit ita.„

Pirithous.„

De Hac ambigere fas non est cum Innocentius Septimus protali agnoverit, quando ad augendā Christi fideliū devotionē erga eundem Sacrum Cruorem dictam Ecclesiam in festo

Nativitatis S. Joannis Baptistæ iunctâ
Confessione devotè visitantibus, divinisq;
officijs inter suturis trium Annorum totiusq;
quadragenarii Indulgentias perpetuo
concessit Viterbij decimo Calend: Februr:
Roboravit hoc idem suo testimonio
Clemens Papa Decimus dum Confrater=
=nitatē Subtitulo seu invocatione eiusdem
Pretiosissimi Sanguinis erectam, ut
maiora indies incrementa adderet, pluribq
tum plenarijs tum alijs Indulgentijs libera=
=lissimè Annos 67. donavit, dotavit;
Ut adeò indubiū verti amplius nposſit
aut etiam debeat à longe retro actis annis
in Monasterio Weingartensi veram
asservari portionē prædicti Sanctissimi
Sanguinis.

Theseus.

Historia huius cum sim planè ignarus, si ostenderis clarius eius veritatem, docueris q; quomodo tantus Thesaurus huc loci pervenerit, gratum mihi facies: si et mihi exposueris, qua Veneratione colendus, amplius me obligabis.

Pirithous.

Memini me aliquando in certo libello in Vineis edito sequentia legisse.

Historia Mortuo in Cruce Salvatore
S: Sangu: vnus Militū, ait oculatus testis, Lanceā
Christi Latus aperuit, et continuo exivit Sanguis

Et Aqua. et qui vidit testimonium per-
=hibuit et verum est testimonium eius. Ita
Magnus Evangelista Joannes Cap: 19.
Miles ille Longinus erat Sub Pontio præside
Centurio, qui Demiratus, quæ divitus edita
fuerant in Passione Salvatoris miracula
ex ijsdem indubiam Divinitatis Christi
fidem hauriens, collegit certa aliquā
copiam eius Sanguinis qui ex percusso
Salvatoris latere defluxerat, eamq; spon-
=giā collectam in vitreum vasculum
intulit sibi clam omni Religione deinceps
colendam asservans. Verū gliscente
posteā in seipsū Judaicæ gentis invidiā
et furore loco cedere coactus Secū Sacrū
Cruorem asportavit actandem multis
peragratis Civitatibus divino ut piè
creditur, illustratu Mantuā venit, ubi
ob graves hostium fidei exortas

Asservati
in Monrio
Vineavū
vulgo
Keinga-
=rten.

Persecutiones veritus ne tanti thesauri
expers fieret, eundem Arcula plumbea
inclusum in terram defodit et paulo post
pro Christo decollatus non modo corpus
suum, sed et spongia Christi sanguine
imbutam in monumentum dispersinata
ä se Christianæ fidei reliquit, exaratis
suâ manu in plumbo litteris testatus;
Sanguinē hunc esse Jesu Christi
Crucifixi etä se collectum. Diu terra
celeste hoc pignus sibi concreditum posse=
=derat usq; ad Annū nempe 804. quo
tandem increscentibus circa locum
defossi thesauri prodigijs Leo Tertij
Pont: Max: rogante Imperatore
Carolo Magno Mantuā venit, tam nobile
pignus fidelibus vindicavit ac terrā erutū,
agnitumq; eundem illū esse, qui ex latere

Christi tempore Passionis eius fluxit,
publicæ adorationi sumo populorum
applausu exposuit. Asservatus tunc
fuit Sacer hic Cruor in Ecclesia Sancti
Andreæ Apostoli, in quam Isolphus 7mus
Mantuæ Episcopus, ut devotionem SSmi
Sanguinis ardentius promoveret, Mona=
=chos Benedictinos induxit. Successu
vero temporis dum variis iactaretur
Italia motibus, iterato SSmi hic Thesaurus
paucis tantæ rei conscijs terræ concreditq
est, latuitq; diutissimè, donec placatis tumul=
=tibus, ut pax Sanguinis firmata nosceretq,
cæcus quidam Adalbero seu Adelbertus
in dictâ ecclesiâ orationi insistens Anno
1048 latentē Salutis Arrham denuo
manifestare iubetur, in rei testimonium
oculorū usurâ donandus, nempe ut ocula=
=tior tanti Mysterij orbi testis fieret:

Paruit Adelbero et ad Martialem
tunc Mantuæ Episcopū delata, ipse cum
Clero præsente fodere iussus depositum
novem ulnarum profunditate Sacrū Cuorē
retexit mirā cælestis odoris fragrantiā
nares omnium recreante, ipse prodigiosissi-
=me
in oculis omniū illuminatus. Allatum
fœlicissimæ huius inventionis Nuncium
Leonem Nonum cum Cardinalibus et
Episcopis fere quinquaginta ac Heinricū
Tertium Imperatorē, multosq; Germaniæ
et Italiæ Principes accivit nontam
futuros Judices, quam compertiatq; prob-
=ati prodigij testes omni exceptione
maiores imo maximos. Solemnissimā
SS. Sanguinis, ut parerat, elevatione pactā,
statim Summum Pontificē inter ac Mantu-
=anos disceptatum est, cuius deinceps

Custodiæ tantus crederetur thesaurus. tandē
post Supplicationē publicè indictam, Felicissimo
Imperatoris consilio factum, ut Sacer thesaurg
divideretur in quavis Sui parte totus compe=
=tentiū desideria nil secius abunde impleturg.
Divisus ergo Sacer Cruor vnanimi partiū
consensu est et Ipse Imperator in tertiam
tantæ Sortis partem dati consilij gratiā
admissus. Leo S: Sanguinis partem secum
delatam in Laterano collocavit ut Romam
redderet Sanctiorem; Mantuani suam in
ædem D. Andreæ iure postliminij reporta=
=runt. Heinricus vero eam, quæ sibi obtigerat
ipso Imperio potiorem secum deinceps
quocunq; proficiscere circumtulit. tandē
lethali decumbens morbo, Balduino
Flandriæ Comiti in Singularis amicitiæ
Signū reliquit, hic morituriens Judithæ

Filiæ suæ legavit quæ potentissimo Germa=
=niæ Principi Guelphoni quarto copulata
fuit, qui hæreditaria Familiæ Suæ in Mon=
=asterio Weingartense munificentiã et
liberalitate ipsum insigniter dotavit
et auxit, cuius Ill:mo Coniux Iuditha pare
Mariti sui affectu æmulata pr. termultas
possessiones preciosissimũ hunc Christi
Sanguinẽ cumpluribus Sanctorũ reliquijs
Walichoni quarto Weingartensi Abbati
Anno. 1094. quarto Martij Solemni dona=
=tione obtulit, ubi in hodiernũ uti vidit,
usq; diem et Sexto iam Seculo religiosissimẽ
observatur, frequentissimoq; Fidelium
concursu colitur. totis omnibusq; sensibus
in pium Pirithoi discursum absorpti
emetiebamur iter trium milliarium,
quod vix vnũ nobis visum, etcũ venissemg

In pagum Hognav, ingens prodibat
Lacus antehac nunquam visus. perqui=
=renti Eius nomen occurrebat Pirithoq

Pirithous.

Lacus hic ā variijs varia sortitꝰ
vocabula; ā quibusdam enim dicitur Acronig
vel Acronianus; abalijs Podamicus et
Brigantinus, hodie verò ab Vrbe Constantiā
ipsi imminenti Constantiensis, dequomen=
=init Pomp: Mela: l. 3. ista. Rhenus ab
Alpibus decidens propè ā capite duos lacus
efficit Venetu et Acroniu, quod ob suam
amplitudinē quasi alteru mare Germani=
=cum in his partibus audit: et quià iam
multis fuit fatalis, hinc trepidi vergente
Sole ad occasum appulit Constantiæ, nosq;

Ad littus exposuit. Hospitium præ=
=buit ipsa Aquila helvetici peculij avidiss=
=ima, quod propè exhausit: tantundem
tamen pecuniarū reliquit, queis posterā
luce licuit remeare ad proprios lares, quos
vix attigi, cum eccē. Sequitur ā tergo
rumor expugnato Philippiburgo Militē
Gallum facta irruptione in Suevriam
omnē Regionē infestare, exigere ā Civi=
=tatibus, pagis, Monasterijs ingentes
contributiones in pecunia, quæ nisi mox
adesse pendantur, ignem ædibus injicere
tollere obsides, diripere quæq; obvia ā
quibus utiq; huiusemus et nos exspoliati
ni bonus genius monuisset, adegisseq;
maturare reditum.

Pirithous.

Prosaga suus fuit illa
tempesta citius supra memorata, eo
tamen discrimine, quod illa ortu suum
traxerit ex Helvetia, hoc ex Gallia, illa
mense Julio, hæc Novembri sævierit;
deperdiderit illa terræ fruges, hæc homines,
utraq; propagata per Suevriam ad multorū
exhauriēda marsupia. Nimium quantū
boni Suevi vicennalibus indicijs fidebant,
quæ vix biennio sanctè observata.

Theseus.

Et quis nijs Fidijset?

Pirithous.

NEMO sane, cui notæ ante-
=actæ Gallorum perfidiæ!

Theseus.

Num ergo etiam ante hac tales fœd-
=uciæ ā Regibus Galliæ violatæ?

Pirithous.

Non modo Inducie, sed integræ
pacificationes etquidem cum omnibus
requisitis iuramento firmatæ.

Thesevs.

Non Crediderim, nisi ꝑ solida argumenta monstraveris.

Pirithous.

Demonstrabo id ad oculum, et quidem per longam inductionem sat alte ordiendo, tu modo patienter audi.

Pacificationes Cum Imperio et alijs Princi=pibus initæ à Gallis Violatæ.

1°. Pactum inter Albertum Imperatorē et Philippū pulchrū Regem Francie Anno 1299 Ind: 14. initum violavit Carolus Octavus Rex Gallie, uti constat ex comment: Pij Secundi Papæ l. 3. ad annum 1459. quæ ita sonant.

Philippus Burgundiæ Dux indignè agere Regem Francie Carolū Octavū aiebat, qui nulla in Ducatu Luxenburg= =ensi, idest in Imperij ditione oppida occupasset adversus antiquum fœdus, quod FRANCORUM REGES cum Imperatoribus in Regno Francie, REX in Imperio ne dominatum Sibi vendicet etiamsi volentes aliqui se dant:

Iniustè agere Regem qui fœdus violet,
et oppignoratum Luxenburgensem Ducatū 2do
molestare audeat. Maximilianus iure
vxorio/prout etiam Burgundia, quam
Provincie Belgice ad Burgundiā pervene=
=rat/et matrimoniali nexu in se Suam q;
Domum easdem transtulisse aiebat: atq;
Galli ultrò concesserunt Regē Suum nihil
iuris in eiusmodi provincias habere, ettamen
Ludovicus Rex Gallie cum Maximiliano
Austriaco de Burgundicis et Belgicis provi=
=ncijs gravissimū bellū contra suam met
confessionem.

Nemo controvenit Ferdi= 3tio
=nandum Hispaniarū Regem
Alphonsi Arragonij eius nominis Primi,
utriusq; Neopolitani et Sicilie Regni

Regis Patruelē sivè fratris Filium
fuisse, adeoq; adeum excluso Alphonsi
filio spurio uterumq; pertinuisse. Utverò
expeditionē hanc per aliquot tempora
dilatam facilioremsibi redderet, cum Rege
Galliæ, qui sivè de Jure, sivè de facto similiter
Regnū Neopolitanū prætendebat, deinci-
=dendo, occupando, et inter se dividendo
Regno pacem inijt. Successēre omnia bene:
attamen Galli regno licet diviso quietè
stare haud potuēre. ideoq; pro Rex cum
contra Hispanos causā non satis probatā
bellum moveret, Galli tandem regno pulsi,
obtinuēre nihilominus æquam intercurrente
cum Ferdinando Hispano et Franciæ
Regis Sorore Matrimonio, pacem.

4.to

Mediolanensis Ducatg

Imperij feudum primo Vicarios deinde Duces, qui ei Imperij nomine præerant, habuit: inter hos extitit Galeaceus, qui duos reliquit filios, Joannem et Philippū Mariam, atq; unicam filiā Valentinam Ludovico Aurelianensi Nuptam. Demortuis Galeacij filijs, Maximilianus Cæsar Mediolanum utpotè Imperij feudum etquidem ad masculos tantū transiturū Imperio asserta volebat, negatā Regi Franciæ et merito ad id omni prætensione et jure. quia tamen Rex Galliæ ex Valentinā nepos Ducatum occupavit certas pepigēre Pacificationis conditiones, quas infregit Franciscus Primus Mediolanū

De novo invadens: et cum eotempore
juvenis autetiam minorennis erat
Carolus Austriacus novus Hispaniarū
Rex, periclitari cœpit regnorū status,
qui nè susdeq; verteret in subsidium
vocata fuit pacificatio sub conditione
Matrimonialj.

5.to Postquam Maximilianus
Cæsar diem obijt extremū, Franciscus
Primus Rex Galliæ continuo nescio quas
prætensiones producebat adversus Carolū
Austriacū: 1.mo prætendebat quædam loca
Imperij. 2.do sibi deberi asserebat Coronā
Imperialem et non Carolo aut vlli
Germaniæ Principi per vota electi. 3.tio
Carolum proscindebat plurimis calumnijs.

Cum in cribrum haurire se aquam 4to.
adverteret, resuscitabat Controversias
iam ab Antecessoribus liquatas et decisas.
sto Cum nec sic aliquid proficeret convola=
=vit ad Arma ultimū fortissimumq; remed=
=ium evincendi postulata hinc aggreditur
Navarram, infestat Ducatū Mediolanense
Signa infert Belgio: conflictabatur utrinq;
vario Marte et ancipiti fortunâ, donec
tandem ipse Franciscus primus in bello
captus mittebatur in Hispaniam: hanc
captivitatē excepit Pacificatio Madri=
=tana, tenore cuius Rex Galliæ de novo
omnia Suorū Prædecessorū pacta renovavit
confirmavit, corroboravitq; iuramento,
Sicq; plura insuper pollicitus pristinæ
asserebatur Libertati.

6.to At Franciscus Rex Gallia non tam citò suæ captivitatis liber, quam datæ et cum juramento firmatæ fidei oblitus, aut pœnitens, confestim Suo Regno redditus rescindebat acta, clamans ea vi extorta à non libero; protestabatur contra ipsa Parlamentū Parisiense, quod sine Suo consensu impotens fuisset Rex ea inire; Verbo novum inducebatur, intever= =baturq; Italiæ Bellum, quod sopitum inter= =ventu Principū Cameraci, ubi Madvi= =tanæ transactioni isthæc Clausula adjecta nè deinceps Rex Galliæ rebus Italiæ et Germaniæ se immisceat, nec ulli principi in Cæsaris præiudicium et damnū suppetias ferat ullas.

7mo.

QUam diu ijdem observatum sit modico post intervallo Franciscus idem non modo Schmalcaldicæ fœderis Socijs protestantibus, sex nimirū Principibus et Statibus Germaniæ favebat, verūm etiam omni contentione allaborabat electionē Ferdinandi fratris Imperatoris in Regem Romanorum impedire: Item novas ciebat Turbas in Italiā inhiabat Ducatui Mediolanensi moliebatur multa adversūs Cæsarem Tunetano bellō distentū. Operatandem et mediatione Summi Pontificis Nizzæ nova pax aut potius novennales Inducīæ initæ sunt. Ab his Nizensibus inducijs in binis Conventibus Cæsarem inter et Franciscum paruêre aliquot bonæ intelligentiæ argumenta, quæ tamen paulō

Post in reprobu sensum acta. Nam
renuente Cæsare conferre Ducatum
Mediolanense Transcisci Filio, is iva
percitus mox se Sociavit Guillelmo
Clevensium Duci pariter arroganti sibi
Ducatum Geldrense qui ad Carolu advo-
-lutus erat, studuitq; partibus Principu,
quos in causa Religionis noverat esse
alienato à Cæsare animo.

Accessit alter quoq; casus;
quo Legati Regis Galliæ ad othomannicā
portam ablegati, fuissent ab Hispannis
intercepti et detenti, hinc iustā causā se
fretum putans, reducem Cæsarem ab
infœlici expeditione africanā mox exer-
=citu quino oppressit auctus Turcicā classe,

Quæ etiam ferebat Polinium Regis
legatum: verum animosè ſe tuentibus
Cæsareis pax Crepensis omnia in pristinū
Statum restituit.

Dum Cæsar est-inten-tg 8.vo
componendo bello ā Joanne Friderico
Saxone et Philippo Hassiæ Landgravio
causā Religionis moto, moritz Franciscus
Primus Rex Galliæ relicto Filio Henrico
Secundo Regni et æmulationis paternæ in
Domū Austriacam hærede. Hic in nego-
-tio suam personā nihil prorsus concernente
Scilicet ob in quodam tumultu occupatam
placentiam Bellum intulit Italiæ excito
quoq; in opem Turca adingens Reipublicæ
Christianæ damnum et non minus totius

Europæ Scandalum, quin turbavit Germa=
=niam contra pacta tam Sctē ā Maioribus
iuvata, dum iunctus Mauritio Saxoni
Cæsarem nihil tale exspectantem hostiliter
invasit: quod factum gratiam protestantiū
ā Cæsare et Ferdinando fratre Rege
Romanorū extorsit reliquis controversijs
liquatis in Cœnobio Valeduensi propē
Cameracum, exquo Conventu emanarunt
quinquennales Inducie.

9no. Ista vero Inducia vix Salvæ
stetēre per Annū, cum rursus Mars
pulsare tympana cœpit in Italiā et Belgio
quæ prius non siluēre, quam cadendæ flore
nobilitatis apud S. Quintinū, quæ clades viā
aperuit Pacificationi Cameracensi, inqua

Pacem Philippū Secundū Hispaniarū
et Heinricum Secundū Galliæ Regem
inter eorumq; Confœderatos copulavit
Matrimonialis nexus.

10mo

Henrico Secundo infœlici hasti=
=ludio è vivis Sublato, sub Regimine
Francisci Secundi. Caroli Noni et
Henrici Tertij Galliæ Status si unquam
debilibus, curiosisq; nitebatur fulcris, cum
quibus totam Gallicam Monarchiam susdeq;
vertere potuisset Philippus Rex Hispaniæ,
at Pacis, Concordiæq; et bono religionis stu=
=iosior abstinuit seditiq; quietus, nec seu unquā
movisset, ni Henrici Quarti Navarræi
impetuositas priores prætensiones ruspantis
ac rebellibus Belgis opem ferentis ac

Corripiẽda Arma concitasset, quæ
tamen mox deposuit Pace Verviensi
Solemniter abutroq; Rege et Confœderatis
iurata.

11mo. Contra tamen omnem fidẽ
datam Henricus Quartus copias auxiliares
Submisit rebellibus Belgis, recepitq; in
protectionẽ Germaniæ Principes,
Cæsari obedientiam detrectantes, Statuaet
Sancita Supremorũ Imperij Tribunaliũ
pede calcantes, aliaq; nefanda molientes:
vestivit factum tam nitido iustitiæ colore,
uteo dementatus Ludovicus Decimus
Tertius moderni Regis Christianissimi
Parens in eadem vestigia pedem posuerit
partem habere usquequaq; volens in bello
Mantuano, aliisq; tricis Italicis: huic

Contraventioni fuisset plerè prospectum
in Pacificatione Ratisbonensi, si modo Galli
ei acquievissent abstinuissentq; à Conside=
=ratione Suecorum utpotè qui curati erant
Hostes Imperij machinantes plurima ipsius
Imperij et Catholicorū statuū præiudicia.

Ad Fadistraga hæc Gallorū acta reflectere debuerat Suevia et meminisse adagij Vopisci in Proculo dicentis, Gallis familiare est videndo fidem frangere; memi=nisse inquam, et Vegetij moniti Sapienter ita omnes hortantis: Qui desiderat pacem, præparet Bellum, qui Victoriam cupit, milite imbuat, qui Secundos optat eventus, dimicet arte, non casu, nam iuxta Ciceronē improvidi est Solum in diem vivere, eaq; duntaxat videre, quæ ante pedem iacent. Cum valemus

Monitori=
=um ad
Suevos
qui fidei
Gallicæ
etiamnum
=ato fidere
haud
debuissent.

Ci: Z. Pol:
C. 15.

Cavendum est, nè in morbum; cum in pace
vivimus, prævidendū, nè in hostem
incidamus, qui tunc maximè insidiatur, cū
securi in pace spiramus: idipsū evènit
Suevis, qui dum nihil metuebant, videbant
ferrum ad iugulū positum: et propè ā
Gallis se exanimatos, priusquam hostem
imaginabantur.

Theseus.

Et quis Gallū hostem ante eventū
præsumpsisset cum iuramenti vis data
fidei deservandā sancte pace accesserit?
hanc qui non novit discat eam ab Athnico et
percipiat, quid dicat Cic: de fide et Constantio
Regulī 3°. affic: nullū ait vinculū ad astringendā
fidem fortiùs Jure iurando Maiores esse

Cic: 3. Offi: iuramenti servandi obligatio

Voluerunt: id indicant Sacra, indicant
leges in duodecim tabulis, indicant fœdera,
quibus etiam cum hoste devincitur fides,
indicant Nationes, animadversiones
Censorū, qui nullā deve diligentias, quam
de Jureiurando iudicabant. Quis Christian=
=issimū huius ñ crediderit observatiorē
ipsis Gentibus?

Pirithous.

Si Inconstans Gallorum
Genius Germanis fuisset prospectior
illi tantos paucis militū manipulis progr=
=essus nusquam in Suevia fecissent, nec ad
subitam illorū irruptionē hæc Natio tanto=
=perè fuisset consternata: Sicut enim nihil

Genius Gallorū inconstans

Aëre fortius, debiliusq; Montes conceu=
=tit, cum irascitur et totas aliquando Vrbes
subvertit, et tamen vel muscis volantibus
cedit, et in omnes formas, prout locus
exegerit, se patitur effingi: eadem ratio
cum Gallis, si agitur de moribus, nullus
Populus, nulla gens, illa acrior, si de
fide servandâ, nemo ipsâ inconstantior,
qualis eorum Regio, tales sunt et incolæ:
Sicut in illâ Anni tempora varia ita ut
nunquam vel æqualiter ferveat æstas,
vel rigeat hiems, sed vicissitudinibus
continuis nunc immodici imbres terram
mergunt, nunc haud exspectata siccitas
in avenæ modum se solvit: ita et ipsis
agnatum, sæpe mutari sequi sua elementa,
suasq; stellas, tamdiu servantes promissa

Illorum inconsta=ntia.

Quamdiu id conducit, secum veste
illa mutant: aqui et iusti ſæpe rumpunt,
prostabiliendo Suo Impio dominatu, nec
verentur nova Bellis, nova ſæderibus
jura condere; Quoquis ab eis remotior, eò
ſælicior, quia procul à Jove, procul etã
fulmine: Sed sinamus ipsos agere, quod
nostrũm nihil refert, et Sic Patriæ ſolici=
=tes redditi ſruamur rursus eius delicijs
et quieti, quam illi non pauci invident.
adeoq; et altera Præfectioni Suæ maneat
Clausula, non tamen ista obſirmata, quin
rursus rumpatur. Datã Occasione.

Transes Tertius
Ducens
Ex.
Helvetiâ In
Austriam Anno
Dñi. 1691.
Mense Januario.
Reassumptus
1693.

Thesaurus.

Hydrops Morbum significat, qui latine dicitur Aquæ intercus, quod sub cute aqua nascatur, quâ Corpus turgescit de quo Horat:

Hort: l. 10.

Crescit indulgens sibi dirus Hydrops.

Quo morbo qui laborat, quo plus bibit, amplius sitire solet Hydropico si hominē novorum cupidum similem asseram, haud erravero, sicut enim ab illo.

Quo plus sunt potæ plus sitiunt aquæ.

Sic Si semel in Curiosi animum se insi=
=nuavit Amor peregrinationis facilius
inter vina sitim servet Ebriosus, inter
pecuniæ acervos abstineat Avarus, inter
Lenonū turbas contineat Luxuriosus, quā
hic refrænet suos impetus, cum libera
aspirat evagandi aura. Et quia præter
omnē Spem et exspectationē se affert,
occasio videndi Regij Monasterij de
Salem, quod iam pridem animo concepera,
eam è manibus elabi calvarq; vedi haud
volebam. At in tantā Cæli inclementia,
hÿemisq; immoderato vigore quis prudenter
Suadebāt tam longum tamq; arduum tibi iter?
aut Sanā mente idā te susceptū quis dicet?
brumali quippe hac tempestate confugit
omnis Colonus ad focum, portus quasi

Sospitores amplectuntur navigantes, suas
subeunt cavernas formicæ fruituræ in
quiete, quod magno labore per æstatē compo=
=rtarant; verbo, in nullo non friget peregri=
=nandi ardor, et tu solus ferves. S. Sepone tam
intempestiva desideria, et exspecta meliora
tempora.

Pirithous.

Tuum te Nomen et omnis retrō
Sanguinis tui generositas adfortiora te
stimulet Optime Theseu, quam ut modico
huic incommodo cedas; Sit hyems frigida,
imber maximus, tempestas valida; celsi
Animi est, hæc aliaq; mala contemnere, et
nominis Claritatē non in molli lecto, Sed

In duris et asperis quærere, utpote in
quibus cubare solet Regina Virtus: sicut
enim nihil rarum lætam segetē reperire
in ridentibus arcis, benè autem gementibꝫ
sub gravi algidoꝫ nivium tegmine; sic
nec laudis est, iter agere et peregrinari
pronā tempestate, quod quivis potest,
nequit verò vel nullus in præsentiarum
ni supra Vulgum quid spiret: premenda
occasio, ne segniter elapsa te destituat
nec redditura cum volueris: hoc enimñ
modō in Suevriam sed et ipsā Austriam
aperiri viam præsagit animus instinctu
utiq; desuper illapso: præterea cū Januario
hiems vergit ad finē, cuius proinmodicū
quod adhuc restat, reputando pro nihilo,
et quid quid fuerit, stocci habendum.

Theseus.

Vicisti, Pirithoe, timidit=
=atem meam, pectorisq; angorem triumph=
=asti; doitaq; manus Secuturus te, si ad
Garamanthas et Indos me duxeris, quia
par mihi in hoc passu animus cum Alexan=
=ro Magno cumque paratus, similia amplig
visu digna hic Orbis dabit, investigare
novum Mundum, aliud Cælum, Solesq;
alios: delicia mea unica, experiri, videre,
peragrare, quidquid ipse Sol circuit ac
contuetur. Curatoritaq; adversus brumæ
rigore bene Corpore dies crastina faciat
Fœlix, faustumq; initiu terræ nostro Peregri=
=nationi.

Pirithoq. Ita Dij Deæq; velint.

Prospectio Prima.

Ex

Helvetiâ in Salem

Monasterium

Ord: Cisterc:

Situm In

Suevia.

Vndecimo Itaq; Cal: Feb:
die S: Vincentio et Anastasio Anno
Supra memorato Sacra paucis nostratum
bene valere iussis domo egrediebamur
ad eam vix aliquando reversuri: et quia
intollerabili propè frigori accedebat vrens
Ventus, contra vtrumq; Caput obarmatum
capitio quasi galeâ quâdam id valebam
plus patente, quam exigebat ipsa videndi,
respirandiq; necessitas; ab eo tamen tantum=
dem commodi non capiebam, quantum
molestiæ, dum Arctior galerus vel venti
Impetu auferebatur; vel fixus immanebat,
nisi profundè vertici impressus in sine
frontis Singulari tortura, quam tamen
æquo Animo ferre cogebar ni malle
eo frustrari, quo tamen carere non potera.

Exacto vno milliari obviam habebamus Zofingam Zofingam Oppidū liberū cum eā tamen restrictione, ut ā Se lata in rebus criminalib⁹ sententia ante firma ñ habeatur nisi approbata ā Magistratu Bernensi, cuius protectione et religione gaudet. transce= =nso illi imminente clivo Nemus magnā ex parte deducebat nos ad pagum Surr quod nomen trahit ā præterfluente aqua; ubi excepti hospitio mox indicebamus hospiti prandium, quod admodùm frigidū erat præbens fercula, quæ vix struthio Camelus decoxisset, hinc ieiuno stomacho Saturi omni præcisa mora indè recessimꝰ, et cum vicini fieremus Mellingæ cuius Suprà memini, continuo contrahebam capicium; id miranti et eius causā sciscitanti

oppidū liberum Ditionis Bernensis

Surpagus a Catholicꝭ:

Cirithoo, reponebam: Sapere me fecit
Casus qui ita velatis ante aliquot Annos
hîc obtigerat: Dies agebat tunc temporis
Secunda quadragesimæ, quando peridē
Oppidum iter habebā, et quia recens erat
memoria proteritorū bachanaliorum,
cœpēre post me currere infantes et
succlamare. Sllorio, Sllorio. quo clamore
excitti sub fenestras cives visuri quis
insaniret tam sacro Tempore, contusus
tabernā proximā Subij irrisor meimet
factus; ad quod Cirithous effusè etiam
ridebat, qui visus brevi in amaritudinem
versus deserentibus nos viarum vestigijs,
et ipsa diei luce, cuius iacturam præalijs
incommodis, quæ catervatim me oppresēre
graviter, dolenterq; accipiebam. Perlati

Ad pedem Montis Maristellani dirige=
=bamur nos iam ab equis quos regere debueramq
certiore pede semitam prementibus, quā ipsis
potiùs emus monstrare utpotè nive undiq;
obtectam, huius candor extinctā diei luce
seruiebat loco facis, qua scrupulosè observabā
Pirithoi relicta vestigia; evasi tamen tandē
ad ipsū montis cacumen, cuius præcipitiū
quia nullū admittebat equi-versum, eum necesse
erat descendendo ducere post tergum: Tantū Casus
verò Pirithous anteceſserat, ut non modo Sinister
nullū quærenti Sed nec clamanti daret respon= Theseū
=sum, quod ipsarum me reddebat anxium, propè
circumstabant et alia mala, quæ etiam fort: nivi int=
=ipsimū merito dejecissent; increscentesq̄ cumulasset
horrore loci semper magis ac magis tenebræ.
Defectio Virili ex alui vacuitate, ipsius
frigoris intensio, et triste murmur quod insenè

Rapidus torrens ad aures meas usq;
propagabat: inter Sacrū et Saxum itaq;
constitutus pertento tandem descensum, at
primo incertè fixo pede humi prolapsus
continuò surgo nè fallente pariter vestigio
ab equo obterrar, quod mihi Summæ curæ erat:
cuspide mei bacilli prærestigabam omnē
passum; sed quia ethic inciderit sæpe ēn pro=
=fundiores cavitates, hinc necesse erat totā
Corporis molam ad lapsū pertrahi. Cum
tantā viæ temporisq; iniquitate dum
Colluctor, accessit alterū prorsusq; novum et
inexspectatum incommodum, quod alia
omnia Superabat; nimirum ipse spasmus
quo artubus omnibus, totoq; Corpore Succu=
=tiebar, quidiam prius, quid et posterius
aggrederer aut quorsū omnino me versare,
penitus exactum cum Animo nō reperiebā:

Progredi vetabat convulsio; longiùs
hîc movari, nẽ perire vellem, nonsinebat
nocturnũ gelu: valido Clamore ingemi=
=nabam Quirithoe. Quirithoe. at nemo
vociferantẽ audire, nemo volebat respon=
=dere praeterinanẽ Echonem, qlugubri
utpotè per Arbores fractâ voce reddebat
. OVae. OVae. quod miserũ OVae crebro
expressit durissimus dolor dum pedem vel
contrahebam, vel exporrigebam: Volventi
Se in niveo thalamo Solatium ùnicũ erat,
quod etsi ñ retentũ immotum tamen
Staret iumentum aerumnas meas misertũ
et quamvis molliter cubarem, gratũtamen
non cadebat tam fluxũ stratum, undè nè
fierem in eo purus, implacabili cruciatu
Spasmo id rursus humũ trudente, Contor=
=to denovo in omnẽ partem pede et si .

Cum ingenti doloris sensu tantū tamen
inde virium recuperabam, ut surgere
me valuerim in tremulas adhuc plantas
et quasi etiammum stupidas adurgeo
prehensis denuò equilonis, claudicantem
gressum et tandem testudines passidus
defferor ad imum, ubi me præstolabatur
anxiè Pirithous habitā moram demirans
at huius intellectā Causā sibimet irascebat
quod præfestinus fuisset. Traiecto navi
Limago, captāq; cœnā in Maristellā sine
morā concessi cubitum curaturus fractū
Corpus bonā quiete, quam loco optimæ
Medicinæ Scriturā Sciebam: nec spes
me fefellit; experrectus quippe demane
tam vegetus surgebam ac si præteritā
die nihil lassitudinis passus essem; hinc

Actis gratijs Benefactoribus iter, quod
Cœpi cum Pirithoo cum eodem reassum=
=ebam, etquia Semita nos ducebat per
eadem loca, quorum in Eo Tramite memi=
=ni, hinc tacito Calamo illa prætereo id
unum memorans, quod pacatus nobiscum
Sit actum in Barbaro illo pago Vasserst=
=orstensi quam in Superiore profectione
dum ñ modo Se movebat Sed nec prodibat
Sub fenestras Spectatū, quis per equitaret:
pervenimus tandem in Gottlieben quod si
Sincerius amâsset Deum ut nomen præfert,
indubiè tam gravem ñ Sensisset manū Dñi
quâ percussum vix biennio post elapso
Subsidente terrâ magna ex parte intumulatu
est undis; Constantiam ex professo declina=
=vimus ñ nescij exspectandū sæpè proscribg

Ad horam priusquam à loci Gubernatore liber ingressus obtinetur. Cuius quia nova mentio incidit, gratum mihi Pirithoe facies, si quid de eius exordio enarraveris quod Supra quærere, quando ibi fuimus, intenderam.

Pirithous.

Constantia à fronte respicit lacum Acronianū, à tergo verò versus occidente Helvetiam; fundatorē adorat Constantiū Constantini Magni Parente qui prima eius fundamenta iecit Anno Christi: 307: ibidem Anno post 415. 8. Julij in Generali Consilio hæreseos condemnatq et igne crematus est Joannes Hus

Constan=tia à quo vel quo Anno ædifica=ta.

Bohemus. Episcopus ei est Amp:us
velut iniquo reperiuntur Monasteria
quadraginta, Parochiæ Mille octingentæ
et quadraginta: pertinet Urbs ad Domū
Austriacam.

Longiore discursū ĩsustinuit
semita incertitudo: transmisso quippe
inferiori lacu nec hominis nec iumenti
parebat vestigiū vllum, hinc conduximꝰ
Virum pecuniā, qui præambulꝰ duceret
in regiam, quā obtentā vursus eū dimisimꝰ,
venimusq; Secundo etsi nullatenus trito
Tramite ad ripam laci Uberlingani, quo
itidem traiecto tenuimus ipsā Uberlingā,
quā ā tergo positā curiositas mea promore
ā Pirithoo expetebat aliquā illius

Deductionem utcunq; brevem:

Pirithous

Uberlingam Accepi antiq=

=uitus pertinuisse ad Duces Sueviæ, ubi
etiam ordinarie residere, eorum stirps
verò demortua, accensa fuit Imperio,
estq; hodiè dum Civitas Imperialis.
Anno nimirum 1267. Ultimotricen=
=nali bello Suecico diræissima est perpessa;
Subjugarunt illa Anno 1644. Franco
Weimarenses. Anno verò 1744. ipsis
eripuere Bavari, iam verò pristina sua
gaudet libertate præter Cæsarem alium
Dominum non agnoscens.

Vix Domum vemisimus
vicè ductorem, cuius operâ vsi Spatio
ferè vnius horæ, dubitare cœpimus anñ
deviaverimus à Regio Tramite oppressi
tantâ noctis Caligine, ut vix amplius
perciperetur niveus Candor, consilij,
viæ, rerumq; omnium incerti vices
Sortesq; nostras comendabamus Supremo
Mundi Rectori, qui in tam desperato
articulo rerum Solus suppetias derelictis
ferre posset: Sirmiter quippe persuasi
eramus totâ noctem in Summo gelu et
errore per Saltus Soveasq; nemoris
traductam iri ñ Sine virium ingenti
Siñ ipsius etiam vitæ dispendio; Et cum
Divinus adverteret Sonantiora Subindè
mea Suspiria imò et altos gemitus, quos

Invito extorserat doloris deimmenta
ut credebatur, capitis discrimine sensus,
ipse animo adhuc erectior timorem
talibus eludere nitebatur et dicebat:
Effœminatæ indolis argumentū est, ad=
=quemvis Casum adversum humi prosterni:
nondum id agitur rerum momentum, nec
adest ea Fatorum dispositio et articulus,
quo è vivis decedendum. Seponerem
proinde hunc minus virilem, fractumq;
Animū, et potius adversus tam desperata
mentis decreta novâ firmitudine pectus
fulcirem. Accidit n̄ nunquam aliquos
liquisse vitam n̄ ob aliud, quam quod prius
Animū destituissent obitūs nullâ neq; vi
neq; causâ Sed imaginationis Solig vigore
et rabie: qua propter exspectanda ante

Omnia, quam ad vitæ neglectū devenias.

Tantum non Valuit apud
desperatū melioris eventūs Pirithoj
peroratio, quantùm subitò insonans
Campana, quæ etsi nō intimaret in quā
foret turri pensilis, certos tamen reddebat,
haud procul dari pagum aut ad minus
aliquot ædes, quod nobis iam Summo
erat Solatio parum reputantibus Se et
mapalia subire cogeremur contentis Solo
tecti tegmine futuri: Sedenim et hīc
Superorū providentia adoranda, quæ mise=
=rata nostri non Mapalia aut quoddam
Coloni malè sartum tugurium, Sed Regia
totāq; in Germania Celeberrimā Domū
dedit pro hospitio quòd tot tantisq; votis

Et desiderijs itinere Summè arduo
quæsivimus, tandem et obtinuimus cum
putabamus de vitâ, de Salute nostrâ prorsus
conclamatū: Caput propius impegissem
ad mœnia Salemij quam id videram.

Suevia
qua Theseo
in patria
erat
horrori,
Sua
Consuetud:
=ine
fiebat
Amori,

PEREGRINATIO
PER
EUROPAM.